DE DOMINIO SER.MAE GENUENSIS REIP. IN MARI LIGUSTICO LIBRI. 2

Pietro Battista Borgo, Cornelis Bloemaert 2, ...

Digitized by Google

7
15-E
56

7
10 K
36

XIV. G. n. 5.
Y. S.



7-15-E-56
9-15-D-25

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google


PETRI BAPTISTÆ BVRGI
DE DOMINIO
SER.^{mæ} GENVENSIS REIP.
IN MARI LIGVSTICO
LIBRI. II.
C. Bloemaert sculp:

VITTORIO
BIBLIOT

Digitized by

SERENISSIMO
DVCI
EXCELLENTISSIMIS
GVBERNATORIBVS
ET ILLVSTRISSIMIS
PROCVRATORIBVS
SERENISSIMÆ
REIPVBLICÆ GENVENSIS

Petrus Baptiſta Bvrgvs F.

GENVENSIS Imperij fines, qui ad Tanaim vſque; & in Scythiam propagarunt Maiores Noſtri, quamuis terreſtres expeditiones non negligerent, ad maritimas tamen diligentius incubuere; Cum etenim, SERENISSIME DVX, EXCELLENTISSIMI, ILLVSTRISSIMIQVE PATRES, ad mare poſitam viderent Liguriam, expertiq; eſſent incolarum virtutē, ac fortitudinem, quibus vel procul remotos populos facere poſſent vectigales, eiuſmodi expeditiones vtiliſſimas Reipublicæ futuras ſunt opinati. Neque pruden-

Digitized by Google

tes, ſapienteſque viros ea fefellit opinio; ſuſceptis namque nauigationibus, & in Barbaros bellis, ad eam amplitudinem prouecta eſt Reſpublica, vt late terra, mariq; dominaretur. Quare hoc ipſum animo repetentes ij, qui Remp. adminiſtrabant ante triennium, Auguſtino Pallauicino Duce, V. C. nobiliſsimoque, ac de Patria optime merito, intermiſſum perdiu, ſepoſitumque rei nauticæ ſtudium, quaſi poſtliminio reuocarunt, & vtiliſsimis decretis (ipſo Duce ſaluberrimi conſilij acerrimo ſuaſore) ad naualem amplectendam diſciplinam, Patriumq; maris Imperium propugnandum, Ciues inuitarunt. Tum Raphael a Turre, vir nobilitate generis, & animi dotibus æque inſignis, vt publica conſilia, ſtyli facundia promoueret, maritimum Sereniſsimæ Genuenſis Reipublicæ Dominium ſcripto defendit, datis ad Vincentium Marchionem Iuſtinianum literis, quibus, quantum epiſtolæ ferebat argumentum, non minus eleganter, quam docte, mare Liguſticum in eiuſdem Reip. eſſe ditione confirmauit. Veruntamen cum huiuſcemodi Dominium noſtro hoc ſeculo vocetur in controuerſiam, & quod ad Genuenſium maritimum Imperium ſpectat, narratio deſiderari videretur vberior, operæpretium me facturum exiſtimaui, ſi totam

cau-

cauſam tractarem, omnemque rem ante oculos dilucide, perſpicueq; proponerem. Cumque ad id præſtandum, nonnullis documentis opus eſſe cenſerem, quæ in Tabulario Sereniſſimæ Reip. aſſeruantur; ab eodem Auguſtino Pallauicino, tum Duce Sereniſſimo, per literas flagitaui, vt ea mihi iuberet deſcribi, quo id perficere poſſem, quod conabar. Fauit meis votis Vir Reipub. amantiſſimus, qui vt primum ad illam acceſſit, de ea amplificanda ſemper fuit ſumme ſolicitus, nihilq; vnquam prætermiſit, quod ad ipſius incrementũ, gloriamq; conduceret; Ideoq; documenta quæ petieram cuncta, diligenter, fideliterque tranſcripta, ſumma cum liberalitate, largitus Dux optimus, me ad ſuſceptum munus exequendum benigne hortatus eſt. Perfeci igitur quoquo modo id, quod inſtitueram, & Sereniſſimæ Genuenſis Reip. in mari Liguſtico Imperium demonſtraui, propoſitis veterum Ligurum egregijs, glorioſiſq; facinoribus, quo non ſolum id agerem, quod contendebam, ſed Ciues etiam meos, ad Maiorum alacrius perſequenda veſtigia excitarem: Ac vtcunque mihi propoſitum ceſſerit, conſilium ſane meum æquiboniq; faciendum eſt, qui Patriæ, pro viribus, prodeſſe ſtuduerim. Et fortaſſe meum hunc conatum æmulantes alij, tractabunt hoc ipſum ar-

gu-

Digitized by Google

gumentum diligẽtius, elegantiuſque: vt enim in Muſicis concentibus, a diſcordi fidium, neruorumq; pulſu, ſuauiſsima incipit harmonia, ſic in negotijs gerendis, ab exiguis initijs, grauiſsimæ, nobiliſsimæque conſultationes exordiuntur. Vobis interim, SERENISSIME DVX, EXCELLENTISSIMI, ILLVSTRISSIMIQVE PATRES, *hoc qualecunque opuſculum humiliter offero, dedicoque, ideo hoc auſus, quod ſperem gratum illud vobis futurum, & acceptum, cum pro pietate Veſtra in Rempub. (quam incomparabili cum prudentia, ac felicitate capeſsitis) cuncta, quæ ipſius dignitati conferre poſſunt, benigno, hilarique vultu excipiatis, atque amplectamini. Quod ſi meo huic munuſculo contingat, ſcopum plane attigi, qui nihil aliud mihi propoſuerim, quam vt Vobis, de Rep. optime meritis, & merentibus, gratificans, mei ad Patriæ ſplendorem propenſi animi ederem monimentum. Valete, vt ex animo auguror, & Remp. adminiſtrate feliciter.*

Romæ Kal. Junij CIƆIƆCXLI.

Digitized by Google

INDEX CAPITVM
Libri Primi.

PRAEFATIO, *operis argumentum, & diuiſio, quid Mare, quid Dominium, & quid Maris Dominium.* *pag.* 1

Mare a Deo fuiſſe donatum humano generi, & eius factam deinceps inter homines diuiſionem, diuinis oraculis eſſe approbatam. Cap. I. 7

Dominium maris inter homines iure gentium fuiſſe diuiſum. Cap. II. 13

Populorum Orientalium, qui olim floruere, maritimum dominium. Cap. III. 15

Occidentalium populorum, qui quondam floruerunt, maritimum dominium. Cap. IV. 21

Principum, ac populorum, qui adhuc florent, ac primum Pont. Max. Cæſaris, & Venetorum, maritimum Dominium. Cap. V. 29

Aliorum Principum, & Populorum, cum Chriſtianorum, tum Infidelium, maritimum dominium. Cap. VI. 33

Maris Dominium, eiuſque diuiſionem, iure Pontificio, Patrum, Theologorum moraliũ, ac Iuriſconſultorum authoritatibus eſſe approbata. Cap. VII. 46

Politicos, Hiſtoricos, Poëtas, alioſq; Scriptores dominium maris agnoſcere. Cap. VIII. 49

Argumenta, quibus eorum opinio nititur, qui maris haberi poſſe dominium negant. Cap. IX. 59

Confutatio opinionis aduerſariorum de rerum communione. Cap. X. 67

Confutantur argumenta, quibus dominium maris impugnatur. Cap. XI. 79

Maris dominium non officere libertati commerciorum, & poſſe præſcribi. Cap. XII. 90

Con-

Digitized by Google

Confutantur teſtimonia Poëtarum ab aduerſarijs allata. Cap. XIII. 94

Iurſconſultorum reſponſa, & Imperatorum reſcripta, quæ ab aduerſarijs afferuntur, inter ſe conciliantur, oſtenditurque, illa maritimo dominio minime repugnare. Cap. XIV. 98

Sacræ paginæ oracula, quæ ab aduerſarijs opponuntur, dominium maris non tangere. Cap. XV. 107

Dominium maris quale ſit. Cap. XVI. 111

Dominium maris quomodo acquiratur, & quo pacto ipſius poſſeſſio occupetur, & retineatur. Cap. XVII. 118

De effectibus, ac viribus dominij maritimi. Cap. XVIII. pag. 129

INDEX CAPITVM

Libri Secundi.

Liguſtici maris confinia, & vnde illud, Liguria, ac Ligures dicta ſint. Cap. I. 141

De Liguriæ antiquæ, ac hodiernæ limitibus, ac Ligurum antiquitate. Cap. II. 146

De moribus, fortitudine, & bellica virtute veterum Ligurum. Cap. III. 155

De Ligurum Imperio in mari Liguſtico. Cap. IV. 166

De Imperio Romanorum in eodem mari. Cap. V. 170

Sarraceni Siciliam, Hiſpanias, Sardiniam, Corſicam, Galliarum, ac Italiæ partem, mare Liguſticum, totumq; fere Mediterraneum occupant. Cap. VI. 172

De vrbe Genua, ac Genuenſium in Liguria Regno, eorumque libertate, & politia. Cap. VII. 178

De Genuenſium bellica Virtute. Cap. VIII. 190

Genuenſium in re nautica, maritimiſque prælijs excellentia. Cap. IX. 196

De

Digitized by Google

PETRI BAPTISTÆ BVRGI

DE DOMINIO *SERENISSIMÆ* GENVENSIS REIPVBLICÆ IN MARI LIGVSTICO.

Liber Primus.

Præfatio, operis argumentum, & diuiſio. Quid Mare, quid Dominium, & quid Maris Dominium.

INTER ſæuas, horribileſque tempeſtates, quibus Chriſtiana fuit agitata Reſp. nulla, vt opinior, eâ aut vehementior, aut periculoſior, aut diuturnior fuit, quæ ab Oriente exorta, Sarracenorum illuuiem in Chriſtianum orbem impegit. Si reliquas namque memoria repetamus, aut Reip. partem tantum inueniemus afflictam, aut vexatam potius rerum ſummam, quam concuſſam animaduertemus; aut periculum breui, feliciterque euanuiſſe videbimus. At hæc dicto citius, rapidus quaſi turbo cuncta prope percurrit, pluraq; ſecula

Digitized by Google

prouincias,regnaque nonnulla, quæ modo iterũ Chriſtum adorant , iugo miſerrimæ ſeruitutis oppreſſit. Vix etenim perfidus Mahometes peſtilentis ſuperſtitionis virus euomuit,cum eo infecti Sarraceni, non argumentis , quibus non poterant, ſed armis cœperunt impietatem propagare. Iamq; torrentis more vaſtata magna Aſiæ parte , ſubactis Africæ nobilioribus prouincijs, potitique eius litoribus, quæ ſpectant ad Septentriones, Europam aggredi deſtinarant,cum claſſibus vndique accurrentes,repente obſedere Mediterraneum; primumq; excurrere, prædari, piraticam facere; mox creſcentibus viribus, & cum fortuna regnandi libidine , maximos exercitus exponere, regna inuadere, occupare. Non ſuſtinuit bellicoſiſſimæ gentis impetum labans Romanum Imperium , cuius Cæſares, dum id excitabatur, incendium reſtinguere neglexerant: & poſt Græci maris Inſulas fere omnes, in eo, quod Italiam alluit, occupata eſt ab his barbaris Sicilia, Sardinia,Corſica, occupatæ ſunt Baleares, ipſæ occupatæ ſunt Hiſpaniæ, quæ alias tamdiu Romanos exercuerant, & afflictæ Italia, Galliaq; ſui partem illis ceſſere. Cuncta igitur paſſim hæc peſtis infecerat. Obſeſſum mare,ſublata commercia, profugi Summi Pontifices,Vrbs Roma,templaq; Sanctiſſimorum Apoſtolorum violata, direpta, incenſa, miſerandam Reip. faciem exprimebãt. Neque ſpes affulgebat vlla a metu ruinæ,

a ſer-

Digitized by Google

a ſeruitutis fluctibus emergendi, cum attritæ adeo, & diſcordes Chriſtianorum vires eſſent; Sarracenorum adeo validæ, & promptæ, vt deſperata omnino ſalus Reip. cenſeretur. Sicuti enim ſperare non poſſumus fore, vt æger conualeſcat, quem non ſolum violentia grauiſſimi morbi proſternit, verum naturales etiam deſtituunt facultates; ita reſtitui Chriſtiana Reſp. non poſſe videbatur, quam non impetus duntaxat terribilis hoſtis inuaſerat, ſed proprij etiam Principes, ciuilibus bellis, interneciniſque diſcordijs impliciti, quodammodo prodebant. Tum inſperato, & gratuito diuinæ clementiæ dono, Genuenſes noſtri, Piſani, ac Veneti, inſtructis claſſibus, aduerſus ſacrilegos prodire ſunt auſi; quibus ſæpius fuſis, eiectiſq; e Corſica, Sardinia, & Sicilia, tuta præſtita eſt nauigatio, & ſunt inſtaurata commercia. Qualem tunc temporis fuiſſe putabimus horum populorum gloriam? quales reliquorum Chriſtianorum plauſus? quale obſequium erga eos, qui eius peſtis profligandæ, paciſq; & quietis reſtituendæ authores extiterant? Receptâ poſtmodum eorundem adiumento Syriâ, cum Chriſtiana Reſp. a diutina oppreſſione reſpiraret, Genuenſibus inferum, ſuperum Venetis mare tutandum obtigit, cum Piſani poſt longum, dubiumq; bellum, a noſtris iniuriam vlciſcentibus victi, ſuccubuiſſent. Hinc victor vterque populus Genuenſis & Venetus, ad am-

Digitized by Google

plificandam Rem Chriſtianam intentus, maximo ipſius commodo, ſui primum maris nauigationem fida cuſtodia ſecuram reddidit; inde ſuſceptis in Orientales regiones expeditionibus; non modo Sarracenorum inſolẽtiam, audaciamque compreſſit, verum colonijs etiam deductis, extructiſq; arcibus, quaſi frenis coërcuit, & compeſcuit. Præclara itaque horum populorum facinora, relataq; ab ijs præmia, ob egregie nauatam Reip. operam celebres nobis proponunt hiſtoriæ, cum ad æternam illorum gloriam, tum vt exemplo ſint, æmulationemq; excitent, qua pijs inſiſtentes veſtigijs, bene de Rep. mereamur. Quæ cum nota ſint lippis & tonſoribus, vt in prouerbio eſt, eos latuiſſe non puto, quos neſcio qua ratione ductos, dominium horum populorum maritimum, tanta cum Reip. vtilitate comparatum tractatumque, tot ſeculorum iudicio receptum & approbatum, de ſuo, ſi Dijs placet, tribunali citantes, quaſi ad trutinam examinare, ac tanquam iniuſtum condemnare non puduit: quorum aliqui non recta, aut Genuenſiũ, aut Venetorum maritimum dominium inſimulare ſunt auſi, præuidentes inclytis, nobiliſſimiſq; gentibus, a calumnijs nullam inuri maculam poſſe; ſed quaſi ex inſidijs, dominium maris generatim adorti, fallaci ſimulatione, obſoletam, proſcriptamque de maris communione opinionem obtendentes, videri nolunt Genuenſes, Ve-

ne-

netoſque, atque alios maris Dominos, ſuo domi-nio ſpoliare, dum illos iniquos occupatores declarant; ſed mare in libertatem aſſerere, vt libertatis ſpecioſo nomini applaudatur: Confidentius alij, contra Venetos data opera ſcripſerunt, quibus acriter ac erudite, a viris doctiſſimis reſponſum eſt. Contra Genuenſes vero aperte prodijt nemo, veritaque eſt inuidentium, & calumniantium malitia, iuſtitiam cauſę: ideoque factum eſt, vt illorum partes nemo defendendas ſuſceperit, quod opus eſſe minime videretur. Cum tamen radices cuiuſque generis maritimi dominij petant, quę ab huiuſcemodi hominibus afferuntur, calumniæ, aſpergunturq; eorũ ſcripta dicterijs, quæ noſtrum Liguſtini ſinus imperiũ vellicãt, ea dilui oportere exiſtimaui, ne ſilentes muſſitanteſue cauſę noſtrę diffidere videremur. Tum maxime, quia hoc magni eſt momenti, & qua noſtrã Remp. tangit, & qua recolendã maiorum noſtrorum memoriam, qui iniuſtæ occupationis accuſantur, offendit, & condemnat. Scilicet veteres Ligures ſumma in Deum pietate, in patriam charitate impulſi, barbaro hoſtiliq; ſanguine adauctos Liguſticos fluctus, non ideo claſſibus concluſere, & ab impia Sarracenorum tyrannide, iuſto noſtro dominio vindicarunt, vt nos pium facinus, ab otioſis hominibus iniquitatis argui, nobiſque abripi per deſidiam, partum noſtrorum virtute, imperium patere-

teremur: ſed vt qui eorũ laboribus fruimur, eos etiam a calumnijs tueremur. Quod vt pro viribus præſtem, Dominiũ Sereniſſ. Genuenſis Reip. in mari Liguſtico, ſcripto defendendũ recepi, quod veteres Ligures iuſtiſſimis armis ſibi cõpararunt: munus mehercule arduum mihi, & perdifficile, ſed quod alacri animo aggredior, confidens, vt ipſius cauſæ iuſtitiâ, & debita in patriam charitate facilius euadat. Ac vt rem totam perficiam, pauca admodum ponere decreui, eaque recepta ſine controuerſia, vt radicitus omnes extirpentur calumniæ, nulluſque hæſitationi locus relinquatur. In duas itaque partes totam diſceptationem mihi diuidendam eſſe propoſui: quarum priore maris haberi poſſe dominium demonſtretur, refellaturque eius communio: poſteriore Reip. noſtræ Imperium in mari Liguſtico oſtendatur. Priorem autem partem rurſus ita partitus ſum, vt prius dominium maris euidentiſſimis argumentis ſtabiliam, fulciamque, quo facilius opinionis, quæ de eiuſdem communione circumfertur, fallacia detegatur: inde hanc ipſam opinionem confutem: poſtremum, quale ſit dominium maris, quomodo acquiratur & conſeruetur, quique ſint eius effectus, determinem, ac definiam. In poſteriore vero (præfatus quæ neceſſaria ad propoſitum ſunt) totus ero in docẽdo titulum, quo Sereniſſima Genuenſis Reſp. Liguſticum poſſidet, afferendiſque teſtimonijs,

qui-

Digitized by Google

quibus hoc dominium probatur, & medijs, quibus conſeruatur; demumque refellendis, quæ in contrariũ adducuntur. Ac vt ad opus aggrediar, ne vocabulis explicandis poſthac diſtineamur, quid Maris, quid Dominij nomine intelligam, præfabor. Mare itaque (quod elemẽtum aquæ[1] ab Ariſtotele eſſe cenſetur)[2] appellatæ ſunt a Summo Motore congregationes aquarum, quas vnũ in locum congregari iuſſerat, definiturq;[3] ab Iſidoro *aquarum generalis eſſe collectio*, vt ſub hoc vocabulo,[4] quod elementum totum ſignificat, particularia maria, Mediterraneum, Athlanticũ, Balthicum, Perſicum, Indicum, cæteraque deinceps, quæ totius maris ſunt partes homogeneæ, contineantur.[5] Dominium autem pono, *Ius eſſe de re corporali perfecte diſponendi, niſi lege prohibeatur*, vt cum maris haberi dominium dixero, tale Ius in mari haberi intelligatur.

1. *Secundo meteor. c. 2.*
2. *Gen. 1. 10.*
3. *Etym. l. 13. c. 14.*
4. *Iſidor. different. lib. in verb. mare.*
5. *Bart. in l. ſi quis, vi. §. Differentia, ff. de acquir. poſſeſ. cũ quo tranſeunt DD. Schneidew. in §. Singulorũ, nu. 2. Inſt. de rer. diuiſ.*

Mare a Deo fuiſſe donatum humano generi, & eius factam deinceps inter homines diuiſionem, diuinis Oraculis eſſe approbatam.

CAPVT PRIMVM.

HIS ita poſitis, quibus maris dominium nitatur fundamentis videamus, vt illud haberi poſſe demonſtremus. In ipſa itaque mundi origine, omnium Creator

Deus

Digitized by Google

1. *Pſalm.88. verſ.x.& 49. verſ.5. Iob. c.38 verſ.8.*
2. *Pſalm.23. verſ 1.& 49. verſ.11.*
3. *Geneſ.c.1. in fin.*
4. *Pſ.8.verſ. p n.*
5. *Geneſ.c.9.*

Deus,[1] maris,[2] vt rerum cæterarum Dominus, cũ reliquis quæ humano generi donauit,[3] huius quoque dominium in primos parentes tranſtulit: [4] omnia namque pedibus, hoc eſt, dominationi eorum ſubiecit. Hæc eadem poſtmodum a Summo Motore eſt humano generi repetita, confirmataq; donatio,[5] cum illud eluuione deletum reſtituturis Noacho, eiuſque filijs, iterum terram, mare atque aërem donauit. Quam donationem diſertis verbis declarans [6] Apoſtolus: *Cum omnia homini ſubiecerit, nihil excepit,* inquit, *præter ipſum qui ſubiecit Deum.*[7] ἐν γὰρ τῷ ὑποτάξαι αὐτῷ τὰ πάντα οὐδὲν ἀφῆκεν αὐτῷ ἀνυπότακτον: *Supponens enim ipſi cuncta nihil reliquit, ipſi non ſubiectum.* Cum igitur in hac adeo liberali, ac vere diuina donatione ab hominum dominatu, præter ſe ipſum, nihil exemerit Deus, niſi mare aut Deum eſſe dicamus, aut nihil; procul dubio neceſſe eſt, vt illud hominum dominio ſubeſſe fateamur. Eſt autem vtraque donatio per expreſſionem vſusfructus facta (ſolito ſacræ paginæ idiotiſmo, quo res ipſa exprimitur per vſumfructum) communiter toti humano generi.[8] Adami vero filijs in hunc mundum, tanquam in ampliſſimam domum opibus refertam, venientibus, vt quiſque prior aliquid occuparat, ita quoque illius dominus efficiebatur: Quod ſi dubium erat, vter prior occupaſſet, vel plures ad idem aſpiraſſent,

6. *Ad Corin. c.15.*
7. *Ad Hebr. c.2.*
8. *D.Thom. q.66. Artic.1. 2. Leſ. de Iuſt. & Iur. lib.2. c 5. dubit.1. & 2.*

ſorte

Digitized by Google

ſorte decidebatur: quo pacto ſtatim inuenta ſunt rerum dominia, quæ priuata appellantur: neque locum habuit decantata illa ætas aurea, ſeu ſeculum Saturnium, quo erant omnibus cuncta communia, quod

[1] *vindice nullo,* 1. Ouid. 1. Metam.
Spon'e ſua, ſine lege fidem, rectumq; colebat;

Sed omnia, quorum vſus inueniebatur, paſſim priuato dominio fuere applicata: quod vel in ipſis primis fratribus apparuit,[2] quorum vterque ſua dona obtulit Deo; imo in ipſo Adamo,[3] quem Deus iuſſit comedere panem ſuum, non alienũ. Vt primum igitur tunc temporis maris inuẽtus eſt vſus, ſeu piſcatus fuerit, ſeu nauigatio, illius quoque dominiũ introductũ fuiſſe neceſſe eſt. Neque omnino eſt veriſimile, Adami progeniem maris, quod accolebat, vſum Caimi poſteris voluiſſe concedere,[4] cum huius ſoboles nequiſſima, ipſo viuente adhuc Adamo, cæteris inimica cuncta prædaretur, bellumque cum Adami progenie([5] in qua minime numerabatur) continuum gereret, neque vlla inter eas gentes communicatio, aut commercium intercederet. Legimus enim hoc adeo vetitum fuiſſe, vt neque ad propagandum genus humanum ([6] quod tamen primo, ac ſingulariter præceperat) tulerit Deus, vt poſteri Adami mulieres e Caimi ſobole ducerent in vxores: tantique hoc fecerit,[7] vt ſtatim atque huic commercio locus eſt factus,

2. Geneſ. c. 4.
3. Ibid. c. 3.
4. Ioſeph. Antiq. Iudaic. lib. 1. c. 4.
5. Geneſ. c. 5.
6. Ibid. c. 1.
7. Ibid. c. 6 & 7.

mortales omnes, paucis, ijſque iuſtiſſimis demptis, eluuione deleuerit. Sic Maris Dominium ante diluuium fuiſſe diuiſum neceſſe eſt; ſed apertius eius partitionem poſt diluuium innuit nobis ſacra pagina.[1] Tunc enim cum regiones inter ſe diuiſerunt Sem, Cham, & Iaphet,[2] iuxta Dei præceptum humanum genus propagaturi, ne diſſenſiones orirentur, mare etiam diuiſiſſe rationi eſt maxime conſentaneum, ne illud communiter, atque, vt hoc verbo vtar, *pro indiuiſo*, poſſidentes, fine ſuæ ſeparationis fruſtrarentur.[3] Cum enim propter hoc diſperſi ſint, ne ſimul habitantes, habenteſque omnia pro communibus, diſſidijs darent occaſionem; niſi mare quoque diuiſiſſent, vel ex ſolo huius communi vſu, apertus diſſenſionibus aditus relinquebatur. Imo probabilis quorundam eſt opinio,[4] factam fuiſſe a Noacho hanc diſtributionem, cum ante obitum, teſtamenti ſui tabulas Semo tradidit, quibus ſuam vnicuique filiorum hereditatis portionem aſſignabat. Ac tametſi hanc regionum, mariumque partitionem minime feciſſet Noachus (non enim hoc contendo) feciſſe nihilominus ipſius filios oportet, quibus mundus fuerat datus. Neque enim ſuſpicari poſſumus eos,[5] quos Omnipotens e toto humano genere iuſtiſſimos ſelegerat, ac perfectiſſimos, cum euitandorum diſſidiorum cauſa ſepararentur, adeo imprudenter anſam diſſenſio-

1. *Gen. c.10. & 11.*
2. *Ioſ. d. lib. 1. c. 8.*
3. *Ibid.*
4. *Euſebius. Cedrenus. alij.*
5. *Gen. c. 6.*

nibus reliquiſſe maris communionem; vbi vel ſolus piſcatus concertationibus ſatis amplam dare poterat occaſionem, ac præſertim cum iam non modo naues eſſent inuentæ ([1] quarum vſum, fabricamq; docuerat Noachus)[2] ſed ipſius filij nauibus ſint vſi, vt in terras, Inſulaſque, quas ex facta diuiſione fuerant ſortiti, diſpergerentur. Quod itaque primis Parentibus primum, ac deinceps Noacho eiuſque filijs a Deo donatum fuerat mare, quaſi vniuerſo humano generi, inter varios poſtmodum populos, nationeſque diuiſum eſt, vt reliqua, quæ ſingulorum ſubeſſe dominio minime dubitamus. Cum nanque regiones ac prouinciæ, quæ pari modo, ac mare communiter toti humano generi fuerant donatæ, ex diuiſione filiorum Noachi, quaſi ex familiæ erciſcundæ iudicio, ſeu ex hereditatis cretione, ſingulorum ſint factæ, minimeque dubium ſit, ex ijs quæ attulimus, inter Noachi filios fuiſſe diuiſum & mare; huius quoque partes ſingulorum factas fuiſſe neceſſe eſt.[3] Hoc pacto inter Sem, Cham, & Iaphet facta terrarum, mariſque diuiſio, ſingulorum dominio mari, terraque fecit initium, a quibus deinceps manauit in poſteros, ac poſtmodum varias, & fere innumeras in partes diſtinctum eſt. Agnoſcit autem ſacra pagina pluribus in locis hanc maritimi dominij diuiſionem, diuerſorum populorum maritimum Imperium

1. Euſeb. de præpar. Euãg. lib. 10. Polyd. Virgil. de inuētor. rer. l. 3. c. 15.

2. Ioſ. d. lib. 1. c. 10.

3. D. Thom. & Leſſ. loc. cit.

1. Ezechiel. c.26.& ſeq. commemorans.[1] Tyrios ſiquidem Principes maris appellat, ipſamque Tyrum fortem, hoc eſt, dominam maris. Aperte quoque inter diuitias Alexandriæ, maris principatum[2] enumerat. Et Deus ipſe inter alia, maris dominium Dauidi[3] pollicetur; quin imo alibi illud tanquam nullam habens controuerſiam admittit, atque a ſingulis haberi poſſe concedit. Ipſius verba ſunt ad Eſdram.[4] *Mare poſitum eſt in ſpatioſo loco, vt eſſet altum & immenſum: erit autem ei introitus in anguſto loco poſitus, vt eſſet ſimilis fluminibus. Quis enim volens voluerit ingredi mare, & videre eum, vel dominari ipſius, ſi non tranſierit anguſtum, in latitudinem quomodo venire poterit?* Videmus hoc loco eiuſdem conditionis cenſeri, dominari maris, ac ingredi & videre; ad quæ vt aptum eſt mare, ita etiam ad dominium ferendum. Et rurſus ſacra pagina, hoc notum eſſe teſtatur, cum puerum Darij inferētem[5] adducit homines terram ac mare obtinere, & omnia quæ in eis ſunt. Ac denique[6] Moyſes (vt omittam alia diuinæ mentis oracula, quæ ad hoc poſſunt adduci) ante mortem ſuam, benedicens Iudæis, Nephthali prædixit fore, vt mare & meridiem poſſideret, quo vt lator diuinæ legis, maris approbaret dominium, dirimeretque omnem litem; quæ ſuper hoc inter Iſraelitas oriri potuiſſet. Eſt igitur maris dominium, humano generi a Deo primum conceſſum, ac

dein-

1. Ezechiel. c.26.& ſeq.
2. Nahum c.3.
3. Pſ.88. verſic.25.
4. Eſdra. l.4. c.7.
5. Ibid. lib.3. c.4.
6. Deuterō. c.33.

deinceps ipſius diuiſio diuinis Oraculis approbata.

Dominium Maris inter homines iure gentium fuiſſe diuiſum.

CAP. II.

NON tamen dicimus diuiſionem maritimi dominij Iuris eſſe diuini. Liquet enim [1] dominiorum, ac imperiorum diuiſionem iure gentium fuiſſe introductam, cum alioquin [2] iure naturæ omnia ad communem hominum vſum ſint creata, neque magis huius ſint, quam illius: ſed ea quæ ſuperiori capite retulimus, ideo allata ſunt, vt diſceptationi aditum pateſaceremus, cum qui dominium maris impugnant, religionem inijciant, quaſi diuina Oracula maritimo dominio aduerſentur. Poſtquam igitur hanc diſceptationem minime venire in religionem oſtendimus, conſequens eſt vt demonſtremus, quo iure illud dominium introductum ſit. Omnium itaque quæ extant ſuapte natura (hoc eſt, vt Scholaſtici loquuntur, *per ſe*, vel [3] vt Iuriſconſulti, *in ſtatu integræ naturæ*) poſſeſſio omnibus eſt communis; ſed ſtatus rerum poſtulauit, hominum naturâ corruptâ (quæ in ipſis primis fratribus ſtatim corrupta eſt) vt dominiorum diſtinctio induceretur, ne communio præberet occaſionem

nem

1. *L. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iur. §. Ius autē gentiū, Inſt. de iur. nat. c. ius gētium, diſt. 1. c. dilectiſſimi, 12. q. 1.*

2. *Cap. Ius naturale, diſtinct. 1.*

3. *Barboſ. Collect. in d. c. Ius naturale, nu. 17.*

nem diſcordiæ:[1] hoc autem naturali hominum eſt factum inſtinctu,[2] quo æque ac cætera animalia, ſuæ ſpeciei conſeruationem deſiderant. Cum enim agnoſcerent,[3] vnumquodque tamdiu manere poſſe, ac ſubſiſtere, quamdiu vnum eſſet, interire vero ac diſſolui, quando vnum eſſe deſineret, ideoque diſcordiam ad humani generis internecionem tendere viderent; vt hac vitata humanam ſpeciem conſeruarent, rerum diuiſionem fecere,[4] cum ex earum communione ſoleat plerunque diſcordia excitari.[5] Sic poſteri Adami occupatione, ac ſorte rerum dominia diuiſerunt; Noachidæ partitione, ſeu cretione hereditatis; inde creſcente genere humano, partes illæ diuiſæ multifariam rurſus, ac prope in infinitum ſectæ, ac diſtractæ ſunt;[6] quod iuſte, & ſecundũ naturalem æquitatem factum eſt, vt pax inter homines ſeruaretur. Rerum itaque ac dominiorum diuiſio, ad tollendas diſcordias eſt facta; quare neceſſe eſt, ſtatim vt maris inuentus eſt vſus, nauigatio, ſeu piſcatus, ne propter hæc diſſenſiones orirentur, ipſius quoque inter gentes vſum fuiſſe diuiſum, & dominium aſſignatum, occupatumque. Ac tametſi[7] primus qui mari fuerit dominatus, cenſeatur Minos, qui cum Græcum mare a piratis redderetur infeſtum, ijs profligatis, eius ſibi vſurpauit dominium; neceſſe tamen eſt, quando tot ante Minoëm ſeculis nauigatio, vſuſque maris

1. Grot. de mar. liber. c.5.
2. Auerr. in Paraphraſi metaphyſic. tract.4. in fin. verſ. prouenit ergo.
3. Boet. de Cõſolat. lib.4.
4. L. cum pater. §. dulciſſimis fratribus ff. de leg.2 gl. in c.1. diſt.71. in ver. illud.
5. D. Thom. & Leſſ. loc. cit.
6. Leſ. loc. cit. Sot. de Iuſt. & Iur. lib.4. q.7. art.2. ad ſecũdum. Barboſ. d. n.17. & ſeq.
7. Thucid. l.1.

fuerat

Digitized by Google

fuerat inuentus,[1] antea quoque ipſius dominos alios extitiſſe, vel eandem ob cauſam, propter quam a Minoë in poteſtatem eſt redactum;[2] ſed deinceps ad eam anarchiam dominorum incuria deueniſſe, in qua a Minoë fuit repertum, purgatumque, vt omnino eguerit domino, qui ſe defenderet, ne prorſus humano generi eſſet inutile, factum piratarum, ac latronum receptaculum. Oſtendimus itaque eandem ineſſe cauſam mari, cur diuideretur, quæ cæteris rebus ineſt, & iure gentium, ([3] quod etiam ius naturale appellatur, cum naturalis ratio illud inter gentes omnes conſtituerit, quodq; ſolet eſſe τὸ κριτήριον, ſecundum quod de dominijs iudicatur) fuiſſe diuiſum. Sed quoniam hoc ius colligi ſolet ex gentium moribus, & conſuetudine, vt hoc iure euidentius maritimi dominij diuiſionem fuiſſe introductam, ac receptam concludamus, omnium populorum, quorum geſta ad noſtram notitiam peruenere, quique mare accolunt, circa hoc dominium, conſuetudines recenſebimus.

1. *Herodot. in Thalia.*

2. *Thucid. loc. cit.*

3. *§. Ius autẽ Ciuile, Inſt. de Iuſt. & Iure*

Populorum Orientalium, qui olim floruere, maritimum dominium.

CAP. III.

HEBRÆI itaque populorum antiquiſſimi mare, quod ex aduerſo obtenditur terræ Iſraeliticæ, ipſius regionis territo-

ritorium eſſe cenſuerunt: quod receptiſſimum vt fuit, ita etiam nunc apud eos eſt, quamuis de huius maritimi territorij magnitudine diſſentiant. [1] Alij namque ipſorum Iuriſperiti, quidquid maris eſt, intra lineas ductas a Cephaloria, & a torrente Ægypti in Oceanum (quibus occidẽtalis Oceani pars quoque cõtinetur) territorij Iſraelitici eſſe contendunt. [2] Alij anguſtiora maris ſpatia aſſignant, ducentes lineam a monte Amano, ad torrentem Ægypti, & quod intra lineam maris eſt, id territorio Iſraelitico tribuunt; Qui tametſi de huius territorij magnitudine minime conueniant, profitentur tamen, mare aliquod, tanquam terræ Iſraeliticæ territorium, ipſius terreſtris regionis domino eſſe ſubiectum. Hoc autem inter ipſos ideo diſceptatur, vt determinent, qui Hebræorum obſeruare annum Sabbathicum, oblationes frugum, Leuiticum decimandi modum, aliaque id genus teneantur: cum iſta eos, qui extra Iſraeliticum territorium ſunt, ſeruare minime obligari definiant. Sed apud Græcos maritimis rebus maxime deditos, locupletior eſt huiuſce dominij memoria. [3] Antiqui namque Chronographi, cum nullius Græci populi extaret ſummum imperium ante Olympiadum inſtitutionem, cuius geſtis doctrina, & calculus temporum inniteretur, inter alia, quibus ad ſeriem temporum demonſtrandam ſunt vſi, populos diligenter recenſuerunt, penes

quos

1. Rabbi Iehuda Gemara Babilonica ad tit. Gittim. ſeu de libellis diuort. & manumiſſ. c. 1. & ibi gloſſ. alij.

2. Ibid. & referuntur a Seldeno maris clauſi l. 1. c. 6.

3. Iſaac. Caſaubon. Cõm. in Polyb. pag. 199.

quos dominium maris quondam fuiſſet, omneſque mutationes, quæ in eo contigerunt, accurate in ſuis Chronologijs annotarunt. [1] Cares itaque Græci maris abutebantur dominio, piraticam facientes (a quibus & Caricum pelagus dicebatur) cum [2] Minos Cretenſium Rex, ijs Phœnicibuſque ac alijs prædonibus deuictis, ſibi illius dominium acquiſiuit: quod iactat Phædra apud [3] Ouidium.

Quod mihi ſit genitor, qui poſſidet æquora Minos.

Atque Dædalus dolet apud [4] eundem

Poſſidet & terras, & poſſidet æquora Minos.

Hoc a Minoë partum imperium [5] Cretenſes annos LXXV. tenuere. poſt hos vero Lydi annos LXXXV. inde Pelaſgi annos totidem, quibus ſucceſſere Thraces, qui annos LXXXVIII. mari ſunt dominati, Thraceſq; excipientes Rhodij annos XXIII. illud poſſedere. Hinc annos XXV. Phryges, Cyprij XXXII. [6] Phœnices XLV. maritimum Dominium habuere, quos proxime primæ Olympiadis tēpus Ægyptij excepere, marique Græco potiti ſunt annos XXXVI. cum antea pridem in mari Rubro dominarentur, [7] quod Seſoſtres eorum Rex Imperio addiderat. [8] Ægyptijs dominium maris ademere Mileſij, in ipſam Ægyptum coloniam deducentes, mareque obtinuerunt annos XXVIII. Poſt hos [9] Cares iterum pelagus occuparunt, tenuereque annos XLVIII. Ac poſtmodum Lesbij, Phocæen-

1. *Thucid. lib. 1. & ibi Gr. Scholiaſt.*
2. *Thucid. loco cit. Plat. de legib. 4. Ariſt. l. 2. Polit c. 8. Strab. Geogr. l. 10. Nic. Damaſc. apud Stobæū eclog. ſer. 42. Suid. in Minoe. Polyd. Virg. de Inuentor. rer. lib. 3. cap. 15. Euſe. Cedren. alij.*
3. *Phædra Hippol. in Epiſt. heroid.*
4. *De arte aman. lib. 2.*
5. *Euſeb. Marian. Scot. Florēt. Monach. in Chronic.*
6. *De Phœnicum imperio maritimo præter ſupra laudatos mentionē facit etiā ſacra pagina Ezechie. c. 26 & ſeq.*
7. *Diod. Sicul. l. rer. antiq. l. 2. c. 1.*
8. *Præter ſupra laudatos, Stephan. in* Ναυκράτις.
9. *Supra laudati, & Diod. loc. cit. lib. 5.*

cæenſes,[1] Corinthij, Iones, Naxij, Eretrienſes continuata ſerie ſibi inuicem ſuccedentes, annos CLXVIII. maris domini fuere. Vltimi omnium [2] Æginetæ ante Xerſis irruptionem in Græciam pelago imperarunt annos XXIV, vt in hac temporum continuata ſerie habeamus totos annos IↃCCCLXII. quibus in dominio Græci maris populi ſibi viciſſim ſucceſſere. Æginetas autem maris Imperio [3] Athenienſes ſpoliarunt,[4] ad quod vt redderentur inepti, ſciuerunt, vt ijs pollices præciderentur.[5] Athenienſes vero maritimum principatũ tenuere, donec ingruentibus bellis ciuilibus, non minus de hoc Imperio, quam de terreſtri cum Lacedæmonijs decertarunt. Legimus ſiquidem [6] Alcibiadem Tiſſapherni, Perſarum Regis præfecto, ciuilia bella inter Lacedæmonios, Athenienſeſque nutrienti, hoc dediſſe conſilium, ne pateretur ad alterutros deuenire maris, ac terræ Imperium, ſed curaret, vt vterque populus mari, terraque polleret: vnde liquido apparet, de vtroque imperio fuiſſe diſceptatum. Sed & [7] Lacedæmonij maris aliquando fuere domini, vt vel ipſi [8] Athenienſes fatentur: cumque eo dominio ab ijſdem Athenienſibus deturbati ſunt,[9] claudum Imperium ſe gerere cenſuerunt, quod maxime cauendum eſſe Apollinis oraculo fuerant admoniti. Præter hos [10] Polycrates Samiorum Tyrannus pelago etiam imperauit: Longumque nimis, ac laborioſum foret,

Græ-

1. Thucid. l. 1.

2. Modo laudati Chronographi, & Plutarch. in Themiſtocle. Strabo Geograph. l. 8. Aelian. var. hiſt. l. 12 c. 10. Pauſan. in Corinth.

3. Pauſan. loco cit.

4. Cic. de offic. lib. 3. Valer. Max. l. 9. c. 2.

5. Ibid & Xenoph. rer. Græcar. l. 4 Iſocr. in orat. de Pac. & in Panath. Diodor. Sicul. Biblioth. l. 11

6. Thucid. l. 8.

7. Diod. d. l. 11

8. Demoſth. in Philipp. Iſocrat. loc. cit.

9. Diod. d. l. 11

10. Herodot. in Thalia. Riui. hiſtor. naual. lib. 1.

Græcos omnes populos recenſere, qui maris dominium tenuere, cum περὶ τῶν θαλασσοκρατησάντων opus integrum [1] conſcripſerit Caſtor Rhodius, quod iniuria temporum intercidit; ſufficiatque pro inſtituto noſtro, tot exemplis demonſtraſſe, apud Græcos dominium maritimum vſu fuiſſe receptum. Neque minus apud exteros, quos Græci Barbaros appellant, fuit vſitatum. [2] Antiochus Syriæ Rex, mare Syriacum ſuæ eſſe ditionis aſſeruit. Darius Perſarum Rex [3] mari Indico potitus dicitur. Et [4] Xerſes Helleſpontum virgis cædi, iniectiſque compedibus caſtigari iuſſit, illique quaſi ſeruo ſtigmata inuri, addita cauſa, δεσπότης τοὶ δίκην ἐπιτιθεῖ τήνδε; *Dominus tibi hanc pœnam irrogat*, quod pontem, quo Aſiam Europæ ipſe coniunxerat, ille diſieciſſet; [5] erant autem Perſæ domini maris Pamphylij, eiuſque quod Ioniam alluit, & ſinus, qui ab ipſis nomen acceperat, Perſici. [6] Mare autem Rubrum legimus Erythræum, fuiſſe appellatum ſumpto nomine a Rege, qui illi dominabatur. [7] Ac Tyrij maritimum quoque dominium ita ſeuere exercuerunt, vt neminem, cui veniam non dediſſent, nauigare permitterent, veneríntque ideo in prouerbij conſuetudinem, [8] *Tyria maria*, quo ſignificabantur ea, quæ ſine controuerſia, ac turbis tangi nequirent. Ptolemæi quoque Ægypti Reges maris habuere dominium, vt de Philadelpho cecinit [9] Theocritus

1. Suid. Scalig. in Euſeb. ad nu. 840. Voſſ. de hiſt. Græc. l. 1. c. 25

2. Vid. Selden. maris clauſ. lib. 1 c. 12.

3. Herodot. in Melpomene.

4. Idem in Polymnia.

5. Appian. in Prœm. hiſt. Rom.

6. Philoſtrat. de vit. Apollon. l. 3. c. 11. Stephan. in Ἐρυθρά.

7. Ezechiel. lo. ci. Q. Curt. de geſt. Alex. lib. 4.

8. Feſt. Pomp. in verb. Tyria maria. Eraſm. Chiliad. 4. Cent. 4 adag. 73.

9. Idyll. 17.

Πολλὰς δὲ κρατεῖ γαίης, πολλὰς δὲ θαλάσσης.
Multas namque tenet partes terræque, mariſque.

Et iterum

——————————θάλασσα δὲ πᾶσα καὶ αἶα
Καὶ ποταμοὶ κελάδοντες ἀνάσσονται Πτολεμαίῳ.
——————————*toto cum mare tellus,*
Et fluuijs paret rapidis Regi Ptolemæo.

Dominabantur autem mari Græco & Rubro, vt nuper diximus; [1] Alexander etiã magnus Orientalibus regionibus potitus in Europam, ac Occidentem molitus expeditionem fertur, vt maris, æque ac terræ dominus fieret. [2] Sinopenſes quoque magnam habentes claſſem, pelagus, quod intra Cyaneas eſt tenuere. Sed quid? Apud Orientales adeo receptum fuit, vſitatumque maris dominium, vt non modo potentiſſimi Reges, cum bellum indicerent, [3] nihil aliud peterent ab ijs, quibus indicebatur, quam vt terram & aquam darent, hoc eſt, vtriuſque imperium cederent, alioquin ad bellum ſe accingerent; ſed ipſa quoque oracula, ænigmataque ad hoc traducerentur. [4] Scilicet ſacrificãtibus Athenienſibus in Delo, cum puero lauandis manibus aquam effundente, vna cum aqua piſces e phiala exijſſent, id interpretantes Delij vates, Athenienſes maris dominos futuros eſſe pronunciarunt. [5] Antigono præterea Regi Patroclus Ptolemæi Dux (vt Scythæ Dario auem, ſagittam & ranam) magnos piſces, ac virides ficus dono miſit, quæ Anti-

1. *Julian. Cæſar orat. 3.*
2. *Strab. Geograph. lib. 12.*
3. *Herodot. in Melpom. Polyb. l. 9. Hippocrat. epiſt. 9. Ioan. Vlp. epit. Adag. 31.*
4. *Athenæus Dipnoſoph. lib. 8. c. 1.*
5. *Ibid. c. 2.*

Antigonus, cum inter epulas verſaretur, accipiens, amicis huiuſmodi dona mirantibus, ſubridens: *Noui,* inquit, *quid Patroclus his donis ſignificet. Vel maris, ait ille, oportere nos fieri dominos, vel ficus comedere, hoc eſt, ignauos ac molles videri.* Et Orientales quidem populi, qui priſcis temporibus floruerunt, quorumque mores compertos habemus, hoc pacto maris dominium agnouerunt.

Occidentalium populorum, qui quondam floruerunt, maritimum dominium.

CAP. IV.

AD Occidentales modo tranſeamus.[1] Spinetæ itaque populi,[2] ab vrbe cognomine ad Spineticum Padi oſtium ſita, denominati,[3] Superi maris principatu diu ſunt potiti; mittebantque Delphico Apollini decimas e maritimo prouentu ita magnificas, vt etiam Strabonis ætate, in Delphico templo, Spinetarum celebris theſaurus, ex ijs decimis conflatus, commonſtraretur.[4] Tyrrheni autem longum tempus mare Inferum tenuere,[5] quod & nomen ab ijs ſortitum eſt. Ac[6] Tuſci Supero Inferoque, quibus Italia peninſulæ modo cingitur, ſunt potiti: nomina ſunt argumento, quod alterum Tuſcum communi vocabulo gentis, alterum Adriaticum ab Adria Tuſcorum colonia

1. Steph. in. 2 Dionyſ. Halyc. l. 1. Plin. lib. 3. cap. 16. & 17. Ferrar. in Lexic. Geograph. 3. Dionyſ. loc. cit. Strab. l. 5.

4. Dionyſ. loc. cit. Diodor. Sicul. rer. Antiq. l. 6. & Biblioth. lib. 15. 5. Diod. d. l. 6. 6. Liu. lib. 5.

Ita-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

1: Cæſar. de bell.Gall.l.3.

Italicæ gentes vocauere. [1] In Oceano vero Occidentali, ſeu Aremorico, Veneti Galliæ populi ad oſtium Ligeris incolentes, ſunt dominati ante Iulij Cæſaris tempora, a quo fuere ſubacti, vt etiã in mare, quod Narbonenſem prouinciam alluit, [2] Maſſilienſes imperarũt. [3] Carthaginienſes vero, ante Agathoclem Siculorum Regem, imperium maris habuere, a quo eo imperio aliquando ſpoliati ſunt. Sed ab Agathocle deficientibus Africanis, principatus maris ad Carthaginienſes redijt, qui partum olim a maioribus, & quaſi hereditario Iure ſibi relictum, vſque ad primum cum Romanis bellum tenuere, [4] quo illum amiſerunt. Romani itaque, victis Carthaginienſibus maris dominium adepti, dant nobis occaſionem, de ipſorum maritimo dominatu largius diſſerendi, tum quia plura de eo extant teſtimonia, tum quia huius populi inſtituta, ac mores, cæteris normam dederunt, ac legem. Teſtantur itaque Dionyſius, [5] & Appianus primæ claſſis Hiſtorici, non ſolũ mari Mediterraneo Romanos fuiſſe dominatos, ſed Oceano etiam, quacunque nauigabilis eſt, & magnis copijs, magniſq; præſidijs, & claſſibus illud ex omni parte vallantes, quaſi caſtrum, aut munitum quendam locum, mare cuſtodijſſe, vt verum fuerit Caſſandræ apud Lycophronem vaticinium, quo illis obuentura prædixerat

2. Strab Geograph. lib.4.
3. Diod. Biblioth.lib.20. Polyb. lib.1. Appian. in Libyc.

4. Liuius l.30 Flor. l.2.c.6.

5. Dionyſ.Halycar. de ant. Rom.l.1. Appian. Alex in proœm. hiſt. Rom.

Τᾶς

Γῆς, καὶ θαλάσσης σκῆπτρα, καὶ μοναρχίαν.

Terræ, & maris ſceptra, & monarchiam,

Quæque illis apud [1] Virgilium Iupiter promiſiſſe dicitur a Venere.

Certe hinc Romanos olim voluentibus annis,
Hinc fore ductores, renouato ſanguine Teucri,
Qui mare, qui terras omni ditione tenerent
Pollicitus.

Sic vniuerſi maris illos fuiſſe [2] dominos, [3] illudque, vt cingulum eorum, Imperio circumfundi haud pauci aſſeruerunt. In Oceanum certe videntur ſibi ius vendicaſſe poſt expugnatas Hiſpanias.

Ergo ſeu patrijs primæuus manibus vltor
Subderet Hiſpanum, legibus Oceanum.

[4] Cecinit Claudianus de Scipione maiore: & [5] Claudius poſt receptam Britanniam, naualem coronam faſtigio Palatinæ domus iuxta ciuicam fixit, traiecti, & quaſi domiti Oceani inſigne. [6] Carauſius quoque in Oceano Aremorico per tractum Belgicæ, pacandum mare, quod Franci & Saxones reddebant infeſtum, Diocletiano imperāte ſuſcepit; cumq; illud Conſtantinus Chlorus deinceps, domitis, profligatiſque Piratis purgaſſet, [7] Oceanum terris omnibus maius elementum Romano Imperio dicitur addidiſſe. Atqui de Romanorum dominio in Mediterraneo luculentiora habemus teſtimonia, quod [8] ſuum appellabant, expreſſo dominij nomine: ideoque

cum

1. *Aeneid.* 1.

2. *Themiſt. ora.* 5. *Procop. de ædif. Iuſtin. c. de Auguſt. Nicephor. in præf. ad hiſt. Eccleſ.*

3. *Ariſtid. in Rom. Encom.*

4. *In præfat. l.* 3. *de laudib. Stilic.*

5. *Sueton. in Claud. c.* 17.

6. *Eutrop. Rom. hiſt. l.* 9.

7. *Panegyr ad Conſtantin.*

8. *Flor. lib.* 3. *c.* 6. *Mela de mari medit. Salluſt. in Iugurth. Polyb. l.* 1. *Dio Caſſ. lib.* 42.

Digitized by Google

1 Flor. d. c. 6. Plutarch. in Pompeio. Appian. in Mithridat.

cum illud Cilices [1] inuaſiſſent, nudatum Romanis præſidijs ob ciuilia bella, ſublatiſque commercijs, rupto fœdere generis humani, ſic maria bello, quaſi tempeſtate præcluſiſſent; vt nauigationem ſecuram redderent, Romani maris domini, imperium maritimum Pompeio demandarunt, qui Mediterranei partes omnes, latebraſque claſſibus occupans, piratas in mari quaſi in arce quadam obſedit. Lubet apponere, quæ Florus hoc bello a Pompeio geſta recenſet, vt ante oculos ponamus, quibus viribus, & quo pacto dominium maritimum Romani tuerentur. *Quippe cum claſſibus ſuis* (de Pompeio loquitur) *& ſocialibus Rhodiorum abundaret, pluribus Legatis, atque Præfectis vtraque Ponti, & Oceani ora complexus eſt. Gellius Tuſco mari impoſitus, Plotius Siculo, Gratilius Liguſticum ſinum, Pompeius Gallicum obſedit, Torquatus Balearicum, Tiberius Nero Gaditanum fretum, qua primum noſtri maris limen aperitur. Lentulus Libycum, Marcellinus Aegyptium, Pompeij iuuenes Adriaticum, Varro Terentius Aegæum & Ponticum, Pamphylium Metellus, Aſiaticum Cæpio, ipſas Propontidis fauces Porcius Cato ſic obſitis nauibus, quaſi portam, obſeruauit; ſic per omnis æquoris portus, ſinus, latebras, receſſus, promontoria, freta, peninſulas, quidquid piratarum fuit, quadam indagine incluſum, & oppreſſum eſt. Ipſe Pompeius in originem, fontemque belli Ciliciam verſus eſt.* Hactenus Florus. Quid ſi ho-

ſtem

Digitized by Google

ſtem in Ciuitate, arceve quadam obſediſſet Pompeius, præſtare amplius potuiſſet? Neque modo illum Imperatorē totius Mediterranei S.P.Q.R. conſtituerat, ſed & præeſſe eum [1] iuſſerat, legem ferente Gabinio, toti continenti ad quadraginta ſtadia procul a mari; qua lege maritimum, ac terreſtre imperium exęquata ſunt, & diſcrimen omne ſublatum. Duce itaque Pompeio [2] mare recuperatum, Romanoque Imperio reſtitutum fuit, vt cecinit [3] Manilius,

Quis te Niliaco periturum litore, Magne,
Poſt victas Mithridatis opes, pelaguſq; receptum
Crederet?

Et Petronius.

Ille tremor Ponti, ſæui quoque terror Hydaſpis,
Et Piratarum ſcopulus, modo quem ter ouantem
Iuppiter horruerat, quem fracto in gurgite Pontus,
Et veneratus erat ſubmiſſa Boſphorus vnda.

Neque erat inſolitum apud Romanos huiuſmodi imperium dare, qui biennio ante hoc Pompeianum, M. Antonio Prætori idem [4] decreuiſſent; vnde manifeſtum eſt, ipſos eodem iure cum terreſtri iſtud cenſuiſſe: [5] quare tritum etiam apud eos fuit illud, *Terrà, marique imperium augere*. Hoc igitur dominio vſi exteris, Barbariſque nauigandi leges, modumque præſcripſerunt, vti Antiocho Syriæ Regi, & Carthaginienſibus, alijſque legimus fuiſſe præſcriptas. Poteſtate autem Reip. in Cæſares tranſlata,

1. *Plutarch. & Appian. loc. cit.*
2. *Plin. lib. 7. c. 26.*
3. *Aſtronom. lib. 4.*
4. *Paterc. l. 1. epitom. Liuij l. 68. Lactant. l. 1. diuin. Inſtit. c. 11.*
5. *Gryphiand. de Inſul. c. 14 nu. 58.*
6. *Apud Liuium lib. 30. & 38. eiuſd. epit. lib. 48. & 49 Polyb. in excerpt. legat.*

maris eſt retentum dominium, & claſſes inſtructæ, quæ illud cuſtodirent; quod Auguſtum feciſſe narrat [1] Suetonius; & Cæſares pro maris dominis ſemper ſe geſſerunt. De Antonino Caracalla [2] Oppianus.

1. In Augusto. c. 49.

2. ἀλιευτικῶν. γ.

——σοῖς μὲν γὰρ ὑπὸ σκήπτροισι θάλασσα
Εἱλεῖται, καὶ φῦλα ποσειδάωνος ἰναύλων.

——tuis ſub ſceptris namque profundum
Voluitur, & proles Neptuni, quæ incolit antra.

Et [3] alibi.

3. κυνηγετικῶν. α.

Σοὶ μὲν γὰρ θαλέθυσα κύει πάνδωρος ἄρυρα
Καὶ πάλιν εὐδιόωσα τρέφει κλυτὰ φῦλα θάλασσα.

Namque tibi certe viridis fert omnia tellus,
Et nitidos rurſus tibi piſces educat æquor.

Hoc autem maritimum dominium, cum Cæſares seceſſerunt in Græciam, penes Orientales Imperatores fuit. Conſtantinus [4] Monomachus.

Γῆς καὶ θαλάσσης κύριος, καὶ δεσπότης.

Et [5] Leo Auguſtus, *Terræ, mariſque domini* dicti ſunt: imo ab his maris præfectura, quaſi prouincia, dabatur, videmuſque paſſim Ægæi, & Helleſponti præfecturas [6] nominari; [7] & Iuſtinianus præterea Helleſpontum nauigantibus vectigal impoſuit. Neque ſolum penes Imperatores, ac Remp. remanſit dominium maris, ſed cum illud [8] publicum eſſet, hoc eſt, Populi Romani, ipſius portiones aliquæ priuatis hominibus [9] locari, aut per [10] priuilegium concedi conſueuerunt, vt in ijs ſolus quiſpiam piſcaretur,

4. Apud Ioan. Episc. Euchaiterſ. in Iambic.
5. Cōcil. Chalced. p. 3. to. 3.
6. Vid. Conſtant. Porphyrogen. lib. 1. thsmat. 17. & alios per Selden. Mar. clauſ. lib. 1. c. 14.
7. Procop. in Arcan. hiſt.
8. L. iniuriarū actio. §. ſi quis ff. de iniur. l. Ariſto ait, ff. de rer. diuiſ. l. 2. ff. ne quid in loco pub. §. 8. 9.
9. d. §. ſi quis.
10. L. ſane ſi maris, ff. de iniur.

Digitized by Google

tur, fructumque caperet; & eiuſmodi [1] conductoribus, ſeu ijs, qui ex priuilegio poſſiderent, interdictum conceſſum erat, quo ſe tuerentur. Extant paſſim hac de re apud [2] veteres teſtimonia, multique recenſentur, qui maris portiones vallis, repaguliſque includentes, faciebant priuatas, fiebantque earum domini, Populi Romani conceſſione. Ac [3] Lucullus quidem, exciſo etiam monte iuxta Neapolim, euripum, & maria in ſuas villas admiſit, ideoque Magnus eum Pompeius, togatum Xerſem appellabat. Hinc

Contracta piſces æquora ſentiunt
Iactis in altum molibus: huc frequens
Cæmenta demittit redemptor
Cum famulis, dominuſque, terræ
Faſtidioſus.

Cecinit [4] Horatius: & [5] Martialis de piſcina Apollinaris,

Hic ſumma leni ſtringitur Thetis vento,
Nec languet æquor: viua ſed quies ponti,
Pictam phaſelon adiuuante fert aura.
Sicut puellæ non amantis æſtatem
Multa ſalubre purpura venit frigus,
Nec ſeta longo quærit in mari prædam,
Sed a cubiclo, lectuloque iactatam
Spectans alte lineam trahit piſcis.
Si quando Nereus ſentit Aeoli regnum,
Ridens procellas, tuta de ſua menſa
Piſcina, Rhombum paſcit, & Lupos vernas.

1. *d. §. ſi quis*

2. *Varr. de re ruſtic. l. 3 c. 3. & 17. Columel. l. 8. c. 16. & 17. Salluſt. in Coniurat. Catil. D. Hieron Hexeam. lib. 5 c. 10. & lib. de Nabuthe. c. 3.*

3. *Paterc. l. 2. Plutarch. in Lucull. Plin. l. 9. c. 54.*

4. *Lib. 3. od. 1.*
5. *L. 10. epigr. 30.*

Et Petronius:

Expelluntur aquæ ſaxis, mare naſcitur aruis,
Et permutata rerum ſtatione rebellant.

Traianus [1] etiam Auguſtus Tharſo vrbi, præter principatum circumiacentis territorij, dominium quoque Cydni fluuij, atque alluentis maris conceſſit; vti etiam [2] Emanuel Comnenus Cœnobitis quamplurimis iura maritima largitus eſt; de quibus iuribus, quæ ad Imperialem vrbem ſpectarent, [3] Metropolitanus Neocæſarienſis integrum volumen conſcripſit. Sed & Romani [4] Iuriſconſulti veteres, non vno in loco, priuatorum dominium in mari agnoſcunt, quod etiam Græci in [5] Baſilicis profitentur. Quin & Imperialibus ſanctionibus, refutata, vt iniuſta, maris communione, firmatum eſt, non minus maris adiacentis, quam terreſtris fundi, eſſe dominos eos, qui maritimas oras poſſident. Verba [6] Leonis Imperatoris addemus. *Sancimus,* inquit, *vt quiſque oras ſuas* (maritimas) *inconcuſſo iure poſſideat, illarumque dominus ſit, & ſi qui ſine ipſius permiſſu illarum emolumento frui velint, hos propellere poſſit. Nam quemadmodum terrenis locis iuris eſt, vt quicunque domus dominus ſit, is præter illius vſum, veſtibulum quoque, atque atrium poſſideat; vt ita etiam maritimis obtineat, rationi eſſe conſentaneum putamus. Et ſicut terrenis locis, præter voluntatem domini, ex alieno fructus percipere nemini concedimus, ſed ſi quis fructus ex eo colligit, eos*

1. *Dio Chryſ. orat. 34.*
2. *Theod. Balſam. in Canon. 12. Synod. 7.*
3. *Idem in Concil. Chalced. c. 4.*
4. *L. Iniuriarum actio. § ſi quem. l. ſane ſi maris. ff de Iniur. l. venditor fundi. ff. com. præd.*
5. *Eclog. l. 53. tit. 6.* περὶ ἁλιέων.
6. *Conſtit. 56.*

vel

vel benignitate domini percipiat, vel pro loci vſu vectigal ſoluat neceſſe eſt; ſic etiam maritimis obſeruari præcipimus. Hactenus Imperator, in omnibus maritimum dominiũ terreſtri adæquans: idemque [1] mox eiuſmodi maris ſpatia ([2] ἐποχάς appellat) inter ſe diſtare quantum debeant definit, [3] aliaque præſcribit iura his Epocarum dominis, vt certis legibus dominium hoc priuatum in mari niteretur. Eius itaque iuris erat mare apud Græcos, Romanos, cæteroſque, quos recenſuimus, quorumque imperia deſiêre, vt dominium, dominumque pateretur.

1. Conſtit. 57.
2. Remoras piſcatorias vertit Henricus Agylaus
3. Conſt. 102. & duabus ſeqq.

Principum, ac Populorum, qui adhuc florent, ac primum Pontif. Max. Cæſaris, & Venetorum maritimum dominium.

CAP. V.

NEQVE minus maritimi populi, ac Principes, quorum noſtris temporibus florent Imperia, maris principatum exercent. A Summo Principum, ab ipſo, qui vicem Dei gerit in terris, Pontifice Romano, ducemus exordium. Pontifex itaque Maximus, qua rerum tẽporalium Princeps eſt, in eo mari, quod Eccleſiæ dicitur, dominatur. Celebris eſt excommunicatio aduerſus piratas, præcipue mare Eccle-

referre, quæ illi de ſui maris dominio adducunt. Integra de hoc [1] conſcripta fuere volumina, cum Duce Oſſunienſi in Neapolitano Regno partes Regis gerente, de eo lis mota eſt, & [2] Iuriſconſulti, qui de dominio maris agunt, noſtrum, ac Venetorum, exempli loco, plerumque afferunt. Ac ſane Veneti apertius, quam cæteri, hoc Imperium iactant, die Aſcenſioni Seruatoris ſacra, proiecto in pelagus ſolenniter annulo, quaſi maritimas nuptias celebrantes. Dux enim Reip. Venetæ (magnum fortaſſe æmulaturus Alexandrum, qui [3] cum Indicum Oceanum intrâſſet cum claſſe, multa magnaque in eum pocula coniecit, ſignum adeptæ poſſeſſionis) cum Magiſtratibus, & illuſtri cum pompa, ſuperba, ac ornata naui, quam *Bucentaurum* appellant, in mare inuectus, gemmam annulo incluſam in vndas proijcit, additis verbis, *Deſponſamus te mare, in ſignum veri, & perpetui dominij*. Hinc celebre illud [4] Sannazarij.

Viderat Adriacis Venetam Neptunus in vndis
Stare vrbem, & toto ponere iura mari.

Atque alius [5] Poëtæ ad ipſam Venetiarum vrbem.

Adriaci Regina maris, quam ſerua veretur
Thetis, & obſequijs vndantibus ambit aquarum.

Numeroſam itaque Veneti habentes claſſem, non modo telonia, & vectigalia, ac portoria nauigantibus impoſuere, & piraticam cohibent; Sed

1. *A Iulio Pacio, Franciſco de Ingenuis, Frangipanio, alijſque.*
2. *Relat. per Stracc. tract. de Nauig. §. 8 Pereg de Iur. Fiſc. lib. 8. §. 14. Martã de Iuriſdict. l. 1. c. 33. §. 25 26. Pac. de domin. mar. Adriat Mantuam Patauinum fragm. de Venet. alios*
3. *Diod. Sicul. Biblioth. l. 17.*
4. *Lib. 1 epigram.*
5. *Dondini in triumpho Veneto de triremibus Barbaris.*

Digitized by Google

Sed neminem quoque in Adriaticum armatis cũ nauigijs ingredi patiuntur: adeoq; huius dominij tenaces ſunt, vt cum ſuperioribus annis Barbarorum triremes Adriaticum armatę eſſent ingreſſę, ac feciſſent prædam, indeq; Aulonis in portum, qui Turcicæ ditionis eſt, ſe recepiſſent, nulla habita ratione impotentiæ Turcici Imperatoris, nullaque prorſus crudeliſſimi belli, quod ab ipſo erat metuendũ, eaſdem triremes in eo portu oppugnarint, ac ceperint, Barbaris omnibus caput abſciſſuri, ex peculiari lege in nauigantes armatos per Adriaticum, niſi illi matura fuga ſibi conſuluiſſent. Veruntamen hæc de Venetorum maritimo dominio adeo trita ſunt, & vulgata, vt ea innuiſſe tantummodo ſufficiat.

Aliorum Principum, & Populorum, cum Chriſtianorum, tum Infidelium maritimum dominium.

CAP. VI.

ATQVI cum in Adriatici mentionem incidimus, occaſionem nacti de maritimo Venetorum dominio verba faciendi, aliorum pene Principum fueramus obliti, qui etiam maris imperium tenent. Et quidem locus adeo opportunus declinari non poterat, ne ſæpius eadem eſſent repetenda. Ad alios modo veniamus. Galli itaque, excuſſo Romanorum

Digitized by Google

cleſiæ diſcurrentes, id quod eſt a monte Argentario Terracinam vſque, in [1] *Bulla*, quæ die Cœnæ Domini legi ſolet, promulgata, quæ non ſolum afficit piratas prædantes, ſed vel tranſeuntes. Agnoſcitur autem hoc Pontificis in illo mari dominium ab [2] omnibus paſſim ſine controuerſia, & de patrimonio Eccleſiæ eſſe dicitur. Extat quoque [3] Statutum Vrbis a Summis Pontificibus approbatum, quo ciuibus Romanis, & habitatoribus Vrbis, & diſtrictus, piſcatus in mari conceditur quidem, ſed in ripa regionis *Arenulæ*, videlicet ſanctæ Seueriæ, & Pauli, & in *piſcarijs*, quæ proprios dominos habent, piſcari prohibentur. Ad cuſtodiam huius maris Eccleſiaſtici Summus Pontifex in Centumcellarum portu, nuper ab Vrbano VIII. Pont. Opt. Max. ingentibus ſumptibus, magnaque cum prouidentia reparato, triremes habet, cum Summo ipſarum Præfecto: & quotidie videmus in eos animaduerti, qui circa hoc contra eam *Bullam* quicquam committunt. Neque minus in Adriatico dominium ſibi vendicat Summus Pontifex, qua continenti ditionis Eccleſiaſticæ, vt hoc verbo vtar, correſpondet; Ideoque etiam Iulius Secundus Pont. Max. in pace cum Venetis facta anno CIↃIↃX. ab ijs illud [4] ſtipulatus eſt. Cæſar itidem Romano-Germanicus mare, quod litora ad Romanum Imperium ſpectantia alluit, ſibi ac Romano Imperio aſcri-

1. *Vrb. VIII. Conſt. 62. Paſtoralis §. 3.*

2. *Vgolin. de Cenſ. Pont. reſeru. p. 2. c. 3. §. 1. Tolet. in Summ. lib. 1. c. 2. Suar. de Cenſur. diſp. 21. ſect. 2. n. 18 Ant. de Souſ. relect. de ceſ. Bull. Cœn Dom. cap. 4. diſput. 25. & ſeqq. Bonac. de cenſur. in Bull. Cœn. diſput. 1. q. 4. punct. 2. n 3. Selden. maris clauſ. lib. 1. cap. 16. in fin.*

3. *Lib. 3. c. 66. Statut. Vrb.*

4. *Guicciard. hist. d'Ital. lib. 8. in fin. Frãc. Belcar. rerũ. Gallic. l. 11. nu. 39. & habetur in capp. huius pacis impreſſ. Romæ anno 1606. §. 6.*

Digitized by Google

aſcribit. Qua de cauſa [1] cum ſuperioribus annis, Ferdinando Secundo Cæſari, Suecorum Rex Goſtauus pacis faciendæ capita Gedani proponeret, ac inter ea exigeret, vt Cæſar bellicas naues de Balthico mari deduceret, minime conſenſit Ferdinandus, ne ſuo maris illius dominio derogaret. In capitulationibus quoque Cæſareis, idem Ferdinandus, cum Cæſar fuit electus, ſe obligari paſſus eſt, [2] inter alia, *Cum noua impoſitiones, & naues excubitoriæ Rheno a Batauis eſſent impoſitæ, ac præterea tum commercia, tum Electorum libertas, & Regalia, maximum detrimentum caperent, ſe eam rationem cum ſex Electorum conſilio initurum, quomodo iſta abolerentur, & præuenirentur.* Videtur ſcilicet Cæſar ad præſtandum teneri, ne mare Romani Imperij a Batauis occuparetur. Cæſarum [3] autem vires maritimæ haud minores terreſtribus ſunt, cum inter Imperiales, quas appellant, ciuitates, quæ mari adiacent, nonnullæ habeantur, quæ centum, ac centum quinquaginta naues arment, atque inſtruant. Agnoſcunt etiam Cæſares exterorum dominium maritimũ: Maximilianus [4] etenim Secundus ſanciuit, ne quis ab Imperio in Moſcouiam, aut Rigam nauigaret, niſi habita venia a Rege Polonorum; & ante ipſum [5] Ludouicus etiam Secundus, Nicetam Patritium Adriatici freti ſeruatorem appellauit. In hoc autem ſinu Veneti dominium ſibi aſcribunt, longumque nimis eſſet omnia

re-

1. *In noſtris Comment. de Bello Suecic. lib. I.*

2. *Capit. 19.*

3. *Eſtats, & empireſ. de l'Empire; ſub titulo, forces.*

4. *Abſchied des Reichſverordnungtags zu Erffurt ann. 1567.*

5. *Apud Goldaſt. Conſtit. Imp. to. I. & Baron. annal. to. 10. an. 871.*

cleſiæ diſcurrentes, id quod eſt a monte Argentario Terracinam vſque, in [1] *Bulla*, quæ die Cœnæ Domini legi ſolet, promulgata, quæ non ſolum afficit piratas prædantes, ſed vel tranſeuntes. Agnoſcitur autem hoc Pontificis in illo mari dominium ab [2] omnibus paſſim ſine controuerſia, & de patrimonio Eccleſiæ eſſe dicitur. Extat quoque [3] Statutum Vrbis a Summis Pontificibus approbatum, quo ciuibus Romanis, & habitatoribus Vrbis, & diſtrictus, piſcatus in mari conceditur quidem, ſed in ripa regionis *Arenulæ*, videlicet ſanctæ Seueriæ, & Pauli, & in *piſcarijs*, quæ proprios dominos habent, piſcari prohibentur. Ad cuſtodiam huius maris Eccleſiaſtici Summus Pontifex in Centumcellarum portu, nuper ab Vrbano VIII. Pont. Opt. Max. ingentibus ſumptibus, magnaque cum prouidentia reparato, triremes habet, cum Summo ipſarum Præfecto: & quotidie videmus in eos animaduerti, qui circa hoc contra eam *Bullam* quicquam committunt. Neque minus in Adriatico dominium ſibi vendicat Summus Pontifex, qua continenti ditionis Eccleſiaſticæ, vt hoc verbo vtar, correſpondet; Ideoque etiam Iulius Secundus Pont. Max. in pace cum Venetis facta anno CIƆIƆX. ab ijs illud [4] ſtipulatus eſt. Cæſar itidem Romano-Germanicus mare, quod litora ad Romanum Imperium ſpectantia alluit, ſibi ac Romano Imperio aſcri-

1. *Vrb. VIII. Conſt. 62. Paſtoralis §. 3.*

2. *Vgolin. de Cenſ. Pont. reſeru. p. 2. c. 3. §. 1. Tolet. in Summ. lib. 1. c. 2. Suar. de Cenſur. diſp. 21. ſect. 2. n. 18 Ant. de Souſ. relect. de cenſ. Bull. Cœn. Dom. cap. 4. diſput. 25. & ſeqq. Bonac. de cenſur. in Bull. Cœn. diſput. 1. q. 4. punct. 2. n 3. Selden. maris clauſ. lib. 1. cap. 16. in fin.*

3. *Lib. 3. c. 66. Statut. Vrb.*

4. *Guicciard. hiſt. d'Ital. lib. 8. in fin. Frãc. Belcar. rerũ. Gallic. l. 11. nu. 39. & habetur in capp. huius pacis impreſſ. Romæ anno 1606. §. 6.*

aſcribit. Qua de cauſa [1] cum ſuperioribus annis, Ferdinando Secundo Cæſari, Suecorum Rex Goſtauus pacis faciendæ capita Gedani proponeret, ac inter ea exigeret, vt Cæſar bellicas naues de Balthico mari deduceret, minime conſenſit Ferdinandus, ne ſuo maris illius dominio derogaret. In capitulationibus quoque Cæſareis, idem Ferdinandus, cum Cæſar fuit electus, ſe obligari paſſus eſt, [2] inter alia, *Cum noua impoſitiones, & naues excubitoriæ Rheno a Batauis eſſent impoſitæ, ac præterea tum commercia, tum Electorum libertas, & Regalia, maximum detrimentum caperent, ſe eam rationem cum ſex Electorum conſilio initurum, quomodo iſta abolerentur, & præuenirentur.* Videtur ſcilicet Cæſar ad præſtandum teneri, ne mare Romani Imperij a Batauis occuparetur. Cæſarum [3] autem vires maritimæ haud minores terreſtribus ſunt, cum inter Imperiales, quas appellant, ciuitates, quæ mari adiacent, nonnullæ habeantur, quæ centum, ac centum quinquaginta naues arment, atque inſtruant. Agnoſcunt etiam Cæſares exterorum dominium maritimũ: Maximilianus [4] etenim Secundus ſanciuit, ne quis ab Imperio in Moſcouiam, aut Rigam nauigaret, niſi habita venia a Rege Polonorum; & ante ipſum [5] Ludouicus etiam Secundus, Nicetam Patritium Adriatici freti ſeruatorem appellauit. In hoc autem ſinu Veneti dominium ſibi aſcribunt, longumque nimis eſſet omnia

re-

1. *In noſtris Comment. de Bello Sueic. lib.I.*

2. *Capit. 19.*

3. *Eſtats, & empireſ. de l'Empire; ſub titulo, forces.*

4. *Abſchied des Reichſver ordnungtags zu Erffurt ann. 1567.*

5. *Apud Goldaſt. Conſtit. Imp. to. 1. & Baron. annal. to. 10. an. 871.*

cleſiæ diſcurrentes, id quod eſt a monte Argentario Terracinam vſque, in [1] *Bulla*, quæ die Cœnæ Domini legi ſolet, promulgata, quæ non ſolum afficit piratas prædantes, ſed vel tranſeuntes. Agnoſcitur autem hoc Pontificis in illo mari dominium ab [2] omnibus paſſim ſine controuerſia, & de patrimonio Eccleſiæ eſſe dicitur. Extat quoque [3] Statutum Vrbis a Summis Pontificibus approbatum, quo ciuibus Romanis, & habitatoribus Vrbis, & diſtrictus, piſcatus in mari conceditur quidem, ſed in ripa regionis *Arenulæ*, videlicet ſanctæ Seueriæ, & Pauli, & in *piſcarijs*, quæ proprios dominos habent, piſcari prohibentur. Ad cuſtodiam huius maris Eccleſiaſtici Summus Pontifex in Centumcellarum portu, nuper ab Vrbano VIII. Pont. Opt. Max. ingentibus ſumptibus, magnaque cum prouidentia reparato, triremes habet, cum Summo ipſarum Præfecto: & quotidie videmus in eos animaduerti, qui circa hoc contra eam *Bullam* quicquam committunt. Neque minus in Adriatico dominium ſibi vendicat Summus Pontifex, qua continenti ditionis Eccleſiaſticæ, vt hoc verbo vtar, correſpondet; Ideoque etiam Iulius Secundus Pont. Max. in pace cum Venetis facta anno CIƆIƆX. ab ijs illud [4] ſtipulatus eſt. Cæſar itidem Romano-Germanicus mare, quod litora ad Romanum Imperium ſpectantia alluit, ſibi ac Romano Imperio aſcri-

1. Vrb. VIII. Conſt. 62. Paſtoralis §. 3.

2. Vgolin. de Cenſ. Pont. reſeru. p. 2. c. 3. §. 1. Tolet. in Summ. lib. 1. c. 2. Suar. de Cenſur. diſp. 21. ſect. 2. n. 18 Ant. de Souſ. relect. de ceſ. Bull. Cœn Dom. cap. 4. diſput. 25. & ſeqq. Bonac. de cenſur. in Bull. Cœn. diſput. 1. q. 4. punct. 2. n 3. Selden. maris clauſ. lib. 1. cap. 16. in fin.

3. Lib. 3. c. 66. Statut. Vrb.

4. Guicciard. hiſt. d'Ital. lib. 8. in fin. Frãc. Belcar. rerũ. Gallic. l. 11. nu. 39. & habetur in capp. huius pacis impreſſ. Romæ anno 1606. §. 6.

aſcribit. Qua de cauſa [1] cum ſuperioribus annis, Ferdinando Secundo Cæſari, Suecorum Rex Goſtauus pacis faciendæ capita Gedani proponeret, ac inter ea exigeret, vt Cæſar bellicas naues de Balthico mari deduceret, minime conſenſit Ferdinandus, ne ſuo maris illius dominio derogaret. In capitulationibus quoque Cæſareis, idem Ferdinandus, cum Cæſar fuit electus, ſe obligari paſſus eſt, [2] inter alia, *Cum noua impoſitiones, & naues excubitoriæ Rheno a Batauis eſſent impoſitæ, ac præterea tum commercia, tum Electorum libertas, & Regalia, maximum detrimentum caperent, ſe eam rationem cum ſex Electorum conſilio initurum, quomodo iſta abolerentur, & præuenirentur.* Videtur ſcilicet Cæſar ad præſtandum teneri, ne mare Romani Imperij a Batauis occuparetur. Cæſarum [3] autem vires maritimæ haud minores terreſtribus ſunt, cum inter Imperiales, quas appellant, ciuitates, quæ mari adiacent, nonnullæ habeantur, quæ centum, ac centum quinquaginta naues arment, atque inſtruant. Agnoſcunt etiam Cæſares exterorum dominium maritimũ: Maximilianus [4] etenim Secundus ſanciuit, ne quis ab Imperio in Moſcouiam, aut Rigam nauigaret, niſi habita venia a Rege Polonorum; & ante ipſum [5] Ludouicus etiam Secundus, Nicetam Patritium Adriatici freti ſeruatorem appellauit. In hoc autem ſinu Veneti dominium ſibi aſcribunt, longumque nimis eſſet omnia

1. *In noſtris Comment. de Bello Sueci. lib.1.*

2. *Capit.19.*

3. *Eſtats, & empires. de l'Empire; ſub titulo, forces.*

4. *Abſchied des Reichſver ordnungtags zu Erffurt ann.1567.*

5. *Apud Goldaſt. Conſtit. Imp. to.1. & Baron. annal. to.10. an.871.*

re-

Digitized by Google

cleſiæ diſcurrentes, id quod eſt a monte Argentario Terracinam vſque, in [1] *Bulla*, quæ die Cœnæ Domini legi ſolet, promulgata, quæ non ſolum afficit piratas prædantes, ſed vel tranſeuntes. Agnoſcitur autem hoc Pontificis in illo mari dominium ab [2] omnibus paſſim ſine controuerſia, & de patrimonio Eccleſiæ eſſe dicitur. Extat quoque [3] Statutum Vrbis a Summis Pontificibus approbatum, quo ciuibus Romanis, & habitatoribus Vrbis, & diſtrictus, piſcatus in mari conceditur quidem, ſed in ripa regionis *Arenulæ*, videlicet ſanctæ Seueriæ, & Pauli, & in *piſcarijs*, quæ proprios dominos habent, piſcari prohibentur. Ad cuſtodiam huius maris Eccleſiaſtici Summus Pontifex in Centumcellarum portu, nuper ab Vrbano VIII. Pont. Opt. Max. ingentibus ſumptibus, magnaque cum prouidentia reparato, triremes habet, cum Summo ipſarum Præfecto: & quotidie videmus in eos animaduerti, qui circa hoc contra eam *Bullam* quicquam committunt. Neque minus in Adriatico dominium ſibi vendicat Summus Pontifex, qua continenti ditionis Eccleſiaſticæ, vt hoc verbo vtar, correſpondet; Ideoque etiam Iulius Secundus Pont. Max. in pace cum Venetis facta anno CIↃIↃX. ab ijs illud [4] ſtipulatus eſt. Cæſar itidem Romano-Germanicus mare, quod litora ad Romanum Imperium ſpectantia alluit, ſibi ac Romano Imperio aſcri-

1. Vrb. VIII. Conſt. 62. Paſtoralis §. 3.

2. Vgolin. de Cenſ. Pont. reſeru. p. 2. c. 3. §. 1. Tolet. in Summ. lib. 1. c. 2. Suar. de Cenſur. diſp. 21. ſect. 2. n. 18 Ant. de Souſ. relect. de ceſ. Bull. Cœn Dom. cap. 4. diſput. 25. & ſeqq. Bonac. de cenſur. in Bull. Cœn. diſput. 1. q. 4. punct. 2. n 3. Selden. maris clauſ. lib. 1. cap. 16. in fin.

3. Lib. 3. c. 66. Statut. Vrb.

4. Guicciard. hiſt. d'Ital. lib. 8. in fin. Frãc. Belcar. rerũ. Gallic. l. 11. nu. 39. & habetur in capp. huius pacis impreſſ. Romæ anno 1606. §. 6.

aſcribit. Qua de cauſa [1] cum ſuperioribus annis, Ferdinando Secundo Cæſari, Suecorum Rex Goſtauus pacis faciendæ capita Gedani proponeret, ac inter ea exigeret, vt Cæſar bellicas naues de Balthico mari deduceret, minime conſenſit Ferdinandus, ne ſuo maris illius dominio derogaret. In capitulationibus quoque Cæſareis, idem Ferdinandus, cum Cæſar fuit electus, ſe obligari paſſus eſt, [2] inter alia, *Cum noua impoſitiones, & naues excubitoriæ Rheno a Batauis eſſent impoſitæ, ac præterea tum commercia, tum Electorum libertas, & Regalia, maximum detrimentum caperent, ſe eam rationem cum ſex Electorum conſilio initurum, quomodo iſta abolerentur, & præuenirentur.* Videtur ſcilicet Cæſar ad præſtandum teneri, ne mare Romani Imperij a Batauis occuparetur. Cæſarum [3] autem vires maritimæ haud minores terreſtribus ſunt, cum inter Imperiales, quas appellant, ciuitates, quæ mari adiacent, nonnullæ habeantur, quæ centum, ac centum quinquaginta naues arment, atque inſtruant. Agnoſcunt etiam Cæſares exterorum dominium maritimũ: Maximilianus [4] etenim Secundus ſanciuit, ne quis ab Imperio in Moſcouiam, aut Rigam nauigaret, niſi habita venia a Rege Polonorum; & ante ipſum [5] Ludouicus etiam Secundus, Nicetam Patritium Adriatici freti ſeruatorem appellauit. In hoc autem ſinu Veneti dominium ſibi aſcribunt, longumque nimis eſſet omnia

re-

1. *In noſtris Comment. de Bello Suecic. lib. 1.*

2. *Capit. 19.*

3. *Eſtats, & empireſ. de l'Empire; ſub titulo, forces.*

4. *Abſchied des Reichſverordnungtags zu Erffurt ann. 1567.*

5. *Apud Goldaſt. Conſtit. Imp. to. 1. & Baron. annal. to. 10. an. 871.*

referre, quæ illi de ſui maris dominio adducunt. Integra de hoc [1] conſcripta fuere volumina, cum Duce Oſſunienſi in Neapolitano Regno partes Regis gerente, de eo lis mota eſt, & [2] Iuriſconſulti, qui de dominio maris agunt, noſtrum, ac Venetorum, exempli loco, plerumque afferunt. Ac ſane Veneti apertius, quam cæteri, hoc Imperium iactant, die Aſcenſioni Seruatoris ſacra, proiecto in pelagus ſolenniter annulo, quaſi maritimas nuptias celebrantes. Dux enim Reip. Venetæ (magnum fortaſſe æmulaturus Alexandrum, qui [3] cum Indicum Oceanum intrâſſet cum claſſe, multa magnaque in eum pocula coniecit, ſignum adeptæ poſſeſſionis) cum Magiſtratibus, & illuſtri cum pompa, ſuperba, ac ornata naui, quam *Bucentaurum* appellant, in mare inuectus, gemmam annulo incluſam in vndas proijcit, additis verbis, *Deſponſamus te mare, in ſignum veri, & perpetui dominij*. Hinc celebre illud [4] Sannazarij.

1. A Iulio Pacio, Franciſco de Ingenuis, Frangipanio, alijſque.
2. Relat. per Stracc. tract. de Nauig. §. 8 Pereg de Iur. Fiſc. lib. 8. §. 14. Martã de Iuriſdict. l. 1. c. 33. §. 25 26. Pac. de domin. mar. Adriat Mantuam Patauinum fragm. de Venet. alios
3. Diod. Sicul. Biblioth. l. 17.

Viderat Adriacis Venetam Neptunus in vndis
Stare vrbem, & toto ponere iura mari.

4. Lib. 1 epigram.

Atque alius [5] Poëtæ ad ipſam Venetiarum vrbem.

5. Dondini in triumpho Veneto de triremibus Barbaris.

Adriaci Regina maris, quam ſerua veretur
Thetis, & obſequijs vndantibus ambit aquarum.

Numeroſam itaque Veneti habentes claſſem, non modo telonia, & vectigalia, ac portoria nauigantibus impoſuere, & piraticam cohibent;

Sed

Sed neminem quoque in Adriaticum armatis cũ nauigijs ingredi patiuntur: adeoq; huius dominij tenaces ſunt, vt cum ſuperioribus annis Barbarorum triremes Adriaticum armatę eſſent ingreſſę, ac feciſſent prædam, indeq; Aulonis in portum, qui Turcicæ ditionis eſt, ſe recepiſſent, nulla habita ratione impotentiæ Turcici Imperatoris, nullaque prorſus crudeliſſimi belli, quod ab ipſo erat metuendũ, eaſdem triremes in eo portu oppugnarint, ac ceperint, Barbaris omnibus caput abſciſſuri, ex peculiari lege in nauigantes armatos per Adriaticum, niſi illi matura fuga ſibi conſuluiſſent. Veruntamen hæc de Venetorum maritimo dominio adeo trita ſunt, & vulgata, vt ea innuiſſe tantummodo ſufficiat.

Aliorum Principum, & Populorum, cum Chriſtianorum, tum Infidelium maritimum dominium.

CAP. VI.

ATQVI cum in Adriatici mentionem incidimus, occaſionem nacti de maritimo Venetorum dominio verba faciendi, aliorum pene Principum fueramus obliti, qui etiam maris imperium tenent. Et quidem locus adeo opportunus declinari non poterat, ne ſæpius eadem eſſent repetenda. Ad alios modo veniamus. Galli itaque, excuſſo Roma-

norum iugo, vbi maritimas oras poſſidere cœperunt, *Admiralios* (quo nomine appellari ſolent, qui veteribus Architalaſſi dicebantur) ſeu *Comites* [1] ſtatuêre, inſtruxeruntque claſſes, quibus mari dominarentur. Legimus [2] Carolum Magnum Oceani Gallici litus perluſtraſſe, & in ipſo, quod Normannicis piratis erat infeſtum, inſtituiſſe claſſem, & diſtribuiſſe præſidia; [3] Rotolandus quoque, ac [4] Lydericus Britannici litoris fuere præfecti, & eodem [5] ferme tempore in Mediterraneo, Gallici maris dominium Franci aduerſus Sarracenos tutati ſunt, inſtructa in citeriori Hiſpania claſſe, Duce Bucchardo *Comiteſtabuli*, vt appellant; ac deinceps cum in Mediterraneo, tum in Oceano maris dominium exercuere. At [6] poſt receptas ab Anglis Normanniam, & Aquitaniam, cum vnicus *Admiralius* tanto muneri explendo minime ſufficeret, quatuor inſtituti ſunt, Franciæ nimirum, Aremoricæ, Aquitanicæ, & Orientis, prouinciæ ſcilicet Narbonenſis. Horum primi iuriſdictio extendebatur in mari, quod eſt ab Iccio portu, vſque ad promontorium *S. Michaelis de monte*; vnde vſque ad portum, quem *Rez* appellant, *Admiralius* Aremoricæ imperitabat; atque inde Boiatum vſque Aquitanicus imperium exercebat. In Mediterraneo autem *Admiralius* maris orientalis præerat a *Perpiniano* vſque ad initium oræ Liguſticæ. Sed [7] Carolus Septimus an-

1. Capitular. Carol. & Ludou. Impp. l. 4. tit. 5. Popellinier. en l'Admiral de Frãce.
2. Aimon. l. 4. cap. 90. Chronicon Regino.
3. Eginard. l. 2.
4. Pau. Aemil. in Carol. Magno.
5. Annal. Fuldẽn. Blond. decad 2. l. 1. Duplaix hiſt. de Frã. en Charl. le grãd. Paul. Aemil. ibid. alij.
6. Popellinier. loc. cit. c. 11.
7. ibid.

Digitized by Google

no CIϽCCCCLIII. in deditione Burdigalæ, ac Ducatus Aquitanici, Anglo conceſſit, vt mare Aquitanicum poſſideret, in eoque haberet *Admiralium.* Erat autem (vt etiam nunc eſt) [1] maris iuriſdictio apud Gallos a terreſtri omnino diſtincta, & peculiares habet prorſus Iudices, ac miniſtros. [2] *Admiralius* namque imperat mari, litoribus, portubus, habetque totius rei maritimæ diſceptationem, omniumq; criminum agnitionem ſibi vendicat; nautas & mercatores litigantes audit, ad ipſumque pertinet creare ſuæ Iuriſdictionis Præfectos & Vicarios. Decimam quoque prædæ, manubiarumq; ipſius eſt, ac denique in ſua verba adigit nauium, & triremium præfectos: fidem præterea publicam dat, & cum hoſtibus aliquot dierum inducias paciſci poteſt, vt tuto liceat piſcari. [3] Eius autem priuilegia, authoritatemque publico Edicto complexus eſt Henricus Tertius, poſt alia ab ipſius deceſſore Carolo Nono conceſſa. Ac modo imperans Rex Ludouicus Iuſtus, [4] in vnicum *Admiralium* redigens cuncta, alia addidit ad ipſius Iuriſdictionem, Regiumque maris dominium facientia: Nunc autem *Admiralius* Galliæ eſt Armandus Ioannes Cardinalis, & Dux Richelius, vir ſapiẽtiſſimus, qui excuſo numiſmate, cui ipſius vna ex parte effigies inſculpta eſt, ex altera vero regia Nauis in mari, ſuum munus teſtatur. Inualuit quoque [5] mos apud Gallos, vt ipſorum

1. *Ibid. c. 15.*

2. *Ibid. & Vincent. Lupan. in tractat. de Regn Gall. de Admiral.*

3. *Popellin. loco cit. c. 10.*

4. *Ordonanc. de Louys XIII. 15. Ian. 1629. a n. 430. vſq; ad finem.*

5. *Popellin. d. c. 10. n. 84. & 85.*

Digitized by Google

Reges maris portiones aliquibus concedere ſoleant, in quibus ſoli piſcatum exerceant, earumque modus, ac menſura Conſtitutionibus definitus eſt. Hinc Galli [1] Iuriſconſulti non dubitant aſſerere, ſuum Regem dominum eſſe ſupremum marium, quæ circa eius regnum diffunduntur, eorumque dominium legitime tenere. [2] Extant quoque Regum Conſtitutiones, quibus iubentur Naues exterorum per mare Gallijs conterminum tranſeuntes, ſumma vela nauibus Regijs demittere, in marini Gallorum Imperij recognitionem. Neque ſecus Luſitaniæ Reges non modo adiacentis maris ſe Dominos faciunt, ſed etiam Reges [3] Oceani Æthiopici, Arabici, & Perſici ſe appellant, quorum nauigationem vetitam legimus in eorum [4] Conſtitutionibus, vltimique ſupplicij illis pœnam comminatam, qui a Rege non habita venia in ijs inuenirentur. Primus hunc titulum aſſumpſit Rex Emanuel anno CIƆIƆI. cum per Vaſcum de Gama Indiarum nauigationẽ detexit, [5] quem anno ſequenti *Admiralium* marium Arabiæ, Perſiæ, atque Indiæ, totiuſque Orientalis Oceani conſtituit. Ea namque maria cum adiunctis portubus, regionibuſque, ſibi concesſa [6] aſſerunt Luſitani ab Eugenio IV. Nicolao Quinto, ac Sixto IV. Pontificibus Maximis, atque ipſos de eorum dominio nuper cum Elizabetha Angliæ Regina habuiſſe diſceptationem [7] Seldenus teſtatur.

1. *Charond. Chatouæus in not. ad Codic. Henr. III. lib. 20. tit. 7. Conſtit. 28. & Cõſtit. 1. Steph. Paſchaſ. Recherches l. 2. c. 14. Lud. Seruin. Playdoies to. 2. plaid. 11*
2. *Henric. II. & III. apud Seld. loc. cit. c. 18.*
3. *Cõc. Later. ſub Leon. X. ſeſſ. 9. Barros en l'Aſia decad. 1. l. 6. c. 1*
4. *O quinto libro das ordenaçones ti. 112 Barr. loc. cit.*
5. *Ibid. c. 2.*
6. *Ibid. lib. 1. c. 7. & lib. 6. c. 1. Fray Anton de San Roman hiſt. gen. de la India Oriental. l. 1. c. 6.*
7. *d. l. 1. c. 17.*

Digitized by Google

ſtatur. Sed celebrior eſt ſuper eodem diſceptatio illa,[1] quæ inter Ioannem Luſitaniæ, ac Ferdinandum Catholicum Caſtellæ Regem habita eſt, cum primum ad Americanas prouincias per Chriſtophorum Columbum, popularem noſtrũ, nauigatio patuit: Cum etenim Columbus eas regiones nomine Ferdinandi detexiſſet, Luſitanus iniuriam ſibi fieri ratus eſt, eaſque regiones ſibi deberi ex Pontificia donatione præſeferebat; quæ tamen diſſenſio poſtmodum mutuo conſenſu eſt compoſita, aſſignatis Luſitano quibuſdam prouincijs, maribuſque, ac Ferdinando alijs, quibus dominarentur: ſed iterum ſuper eadem materia inter Carolum V. Cæſarem, & Ioannem III. Luſitaniæ Regem controuerſum eſt, cum Ferdinandus Magaglianes per anguſtias, quæ ab ipſo nomen habent, quæque Auſtrales Americæ regiones dirimunt, ideoque per maria, quæ ex ſupradicta diuiſione Caſtellæ Regi obtigerant, ad Moluccas penetrauit.[2] Exercent autem Luſitani adeo ſeuere hoc dominium maritimum, vt ſi quempiam, ſeu Indum, ſeu alium in ſuis maribus nauigantem, non habita venia, reperiant, eum tanquam hoſtem capiant, puniantque. Reges vero Caſtellæ in occidentali Oceano ius ſibi vendicant a ſupradicto termino, cum ex dicta compoſitione cum Luſitanis, tum ex Conſtitutione Alexandri VI. Pont.Max. [3] qua ijs conceſſum eſt, quidquid reperiretur ab

1. *Barros loc. cit. l.3 c.11.*

2. *In tractat. Polit. de Imp. Magni Mogolis ſeu India vera. tit.8. de milit. cop. Barros loc. cit. l.6 c.1.*

3 *Alex.6. Cõſtit. 2. §.6.*

efficta

effićta linea diſtante a qualibet Inſularum, quæ Gorgones nuncupantur, centum leucis, Occidentem verſus, & Meridiem; & cum hæc duo potentiſſima Regna in Auguſtiſſimam Auſtriacam familiã coaluerint, ſub Regis Hiſpaniarum titulo, ij ſe Reges maris Oceani [1] appellant; vtq; Imperium maritimum ſeruent, numeroſam habent in Mediterraneo triremium claſſem, ac nauium onerariarum in Oceano, quarum primæ nuper potentiſſimus Philippus IV. hodiernus Rex Io. Carolum Medicæum, Magni Hetruriæ Ducis fratrem, præfecit, alteri Franciſcum Mutinæ, ac Regij Lepidi Ducem, hunc maris Oceani, illum Mediterranei *Generaliſſimum Ducem* appellans; quamuis in his maribus Imperium non habeat, niſi qua maritimas ipſius regiones alluunt, quod neque omnino verum eſt; nam tametſi in ora Liguſtica oppidum Finarium poſſideat, nullam nihilominus in Liguſtico mari habet Iuriſdićtionem. Super Adriatici etiam dominio Venetis litem intulerunt [2] Hiſpani, cum Dux Oſſunæ in Neapolitano Regno vicem Regis gereret, de quo acriter vtrinque diſceptatũ eſt. Atque adeo dominiũ maritimũ apud Hiſpanos recepti Iuris eſt, vt olim Petrus Tarraconenſis occupato Siciliæ Regno, ſe duorum Regnorum Patrem, mariſque dominum [3] appellaret; [4] & Hiſpani Duces, cum mare aliquod antea incognitum inuenirent in Americanis regionibus,

no-

1. Carol. V. in Proœm. des Peinlichen hals gerichts, & in ordnung des regiments zu Vuormbs ann. 1521. & alibi paſſim. eſtats. & empires du l'eſtat du Roy d'Eſp. tit. gouuernement.

2. Iul. Pac. in dedicator. tractatus de dominio maris Adriat. Ioan. Bapt. Valenzuela Velaſquez cõſ. 100 nu. 55.

3. Paul. Aemil. de geſt. Franc. lib. 7.

4 Relat. Nunni Guſmanni cap. 12. apud Ramuſ. to. 3. nauigat. & alibi paſſim.

nomine ſui Regis, illius occuparent poſſeſſionem, & ſuo dominatui ſubijcerent. Hiſpani autem Iuriſconſulti non modo frequentes in hanc eunt ſententiam, [1] Regem eſſe nauigationis, ac maris dominum, eius ſcilicet, quod illius alluit Regna, ſed [2] & in ipſo priuatorum dominia agnoſcunt. Quid de Anglorum maritimo Imperio dicemus, qui ſe toti Oceano, qui Magnam Britanniam alluit, late dominari profitentur? de hoc nuperrime opus integrum edidit Io. [3] Seldenus. Angli namque, vt ille habet, ab antiquiſſimo tempore, quo Britanni dicebantur, antequam a Cæſare in poteſtatem redigerentur, Oceani cognominis, cum Auſtralis, & Orientalis, tum Septentrionalis, ac Occidentalis, domini fuere, quod dominium nauigatione, & piſcatu exercuerunt. Cum autem Inſula tota Claudio, & Domitiano Cæſaribus, in Romanorũ poteſtatem veniſſet, & maris ijs ceſſit dominium, quod magnis claſſibus retinuere, ſub *Archigubernо* primum, ac deinceps ſub *Comite litoris Saxonici per Britanniam*. Non tamen id ad Pictorum Scotorumque, ac Hibernorum mare extendebatur: nam eæ gentes, cum a Romanis minime domitæ fuiſſent, pelagi dominatum retinuere. Excuſſo poſtmodum (Theodoſio Iuniore, Honorio & Valentiniano Tertio imperantibus) Romanorum iugo, Auſtraliores Britanni, conſtituta ad arbitrium Rep. mari æque, ac terræ

ſunt

1 Ioc. Vald. de dignitat. Reg. Hiſp. c. 12. Io. Garſ. de expenſ. & meliorat. c. 21. nu. 34. Didac. Couarr. in reg. licet. c. peccatum, p. 2. §. 8. Io. de Hema. Laberinto de commercio, l. 3. c. 1. §. 12.

2. Vid. Roder. Suar. conſ. de vſu mar. §. 13

3. Mare clauſum per tot.

Digitized by Google

ſunt dominati. Sed cum a Pictis, & Scotis bello vexarentur, neque ijs pares eſſent, in auxilium accitis Saxonibus vtrumque imperium ceſſere. Hos excepere Dani. Rerum autem potiti Normanni, maritimum quoque dominiũ ſibi vſurparunt: quod hodierni Reges vt tueantur, conſtituto Summo Præfecto claſſium, & marium, ſeu *Admiralio* ad cuſtodiam maris Anglicani, atque occupatis circumiacentibus Inſulis, neminem tranſire permittunt, niſi veniam petat. Piſcatus quoque exteris leges præſcribunt, & a præternauigantibus, tam Anglis, quàm exteris exigunt tributum, exteroſque ſumma vela demittere Regijs nauibus compellunt. Quin & ijs, qui inter ſe ſunt hoſtes, Anglis vero amici, maris ſpatia præſtituerunt, intra quæ prælium inire prohibentur. Hoc autem ſuorum maritimum dominium Angli Iureconſulti paſſim teſtantur, & Reges ipſi profitentur, e quibus Eduardus Tertius, in maritimi dominij teſtimonium, numũ excudi iuſſit, cui ipſe naui per mare vectus cum Gladio, Clipeo, ac Regio Diademate eſſet inſculptus. Veruntamen Galli non prorſus hoc Anglorum dominium maritimum admittunt: nam id, quod ad velorum demiſſionem attinet, olim atque iterum, non ita pridem, impugnarunt. Ac præter Gallos, Hiſpani, Daniique non adeo amplum Anglis concedunt dominium, vt Seldenus profitetur. Atqui nos non adducimus

hæc

hæc ideo, vt ipſorum iura diſcutiamus, ſed vt conſuetudinem oſtẽdamus eorũ eſſe, maris exercere dominium, quod vel ex ipſorũ diſſenſione cõprobatur. Ad Danos itaque, Noruegoſq; tranſeuntes legimus, eos Hyperborei Oceani, ac maris Balthici olim dominatum tenuiſſe:[1] cum namque eſſent indigenæ, ſoli Noruegi in Iſlandiam, cæteraſque Hyperboreas Inſulas piſcatus, & negotiationis cauſa nauigabant, prohibitis exteris eo naues appellere, piſcari, ac negotiari. [2] Erat autem quondam apud Danos diuiſum maris Imperium a terreſtri, eaq; erat Danorum maritima potentia, vt [3] Haraldus Rex bellum aduerſus Ringonem nepotem, quem Sueciæ præfecerat, quique deſciuerat, ſuſcepturus, fretum Oreſundam, quod inter Selandiam, & Scaniam eſt, quodque Anglicum fere milliare patet, quaſi Xerſes alter ſtrauerit nauibus, ac veluti per pontem exercitum tranſmiſerit. [4] Nunc autem Daniæ Reges, qui Noruegiæ etiam imperant, *Admiralium* habent, qui ſingulis annis ea præcipit, quæ ad Oceanum tutandum, reſque nauticas diſponendas pertinent. [5] Exigit præterea Rex Helſingoræ ad Sundæ fretum a ſingulis nauibus, quæ Balthicum ingrediuntur, aut inde enauigant, teloniũ, quo maximus totius Regni prouentus continetur. Et [6] cum inter Chriſtiernum IV. Daniæ, & Goſtauum Adulphũ Sueciæ Reges, ſuper dominio maritimo tranſactio

1. *Selden. loc. cit. l. 1. c. 19. & lib. 2. c. 32. Io. Iſac. Põtã. diſcuſſ. hiſt. de Dom. mar. l. 1 c. 19 & duob. ſeqq.*

2. *Saxo Grãmat. hiſt. Danic. lib. 7. & Seld. d. c. 19.*

3. *Pont. loc. ci. l. 2. c 9. & Saxo l. 8.*

4. *Idem Pont. de ſtat. Polit. Regn. Dan. Mercator in deſcrip. Dan. Eſtats & empir. du Roy de Dannem.*

5. *Ijdem loc. cit.*

6. *Seld. d. c. 19.*

Hafniæ haberetur, Suecus renunciauit *iuri, ſuperioritati, & dominio maris, alijſque regalibus, quæ in Noruegia, Norlandia, & diſtrictu Vardhuſienſi ad Oceanum ſibi vendicauerat*. Non tamen omnino Suecus maritimo caret imperio, ſed longe lateque in mari Balthico, quantum eius Regni litora extenduntur, dominatur; Neque [1] alicui in eo nauigare licet, niſi habita a Rege venia, quæ magno a mercatoribus Lubecenſibus alijſque comparatur. Ad hoc igitur imperium tuendum, numeroſam habet cum nauium, tum etiá triremium (quarum in eo mari haud exiguus vſus eſſe dicitur) claſſem, [2] cui *Admiralium* præficit. Quin & Magiſtratus, ſeu Collegium inter Regni præcipua eſt inſtitutum, cui curæ ſunt naualia, claſſes, machinæ bellicæ, commeatus, miles nauticus, omniſque bellicus in re nauali apparatus, ac denique omnia, quæ ad tutandum maritimum dominium pertinent, & reddendum mare ab hoſtibus, & piratis ſecurum. Tantum autem iuris ſibi vendicant Sueciæ Reges in mari Balthico, vt cum nonnullis abhinc annis (quemadmodum ſupra innuimus) inter Ferdinandum Cæſarem, & Goſtauum Sueciæ Regem Gedani pax tractaretur, inter cætera hic peteret, vt Cæſar arces ad mare Balthicum ſitas demoliretur, & ipſius bellicæ naues ex eo mari recederent. Cæterum, vt hoc addam ἐκ παρόδου, numeroſam maximo cum compendio Suecus

1. *In tractat. Polit. de Suec. tit. 5.*

2. *Ibid. tit. 3.*

ha-

habere claſſem poteſt, & idem Goſtauus iactabat, ſe poſt deuictas Germanias Italiamque, magna cum claſſe in Hiſpanias tranſmiſſurum, vt eas expugnaret; ſed vt illum ſpes feſellit, ita Suecus non ſolus in Balthico cum Dano imperat: Nam[1] & Princeps Boruſſiæ, & ipſius loco Rex Poloniæ, in eo quod ſuas ditiones alluit, dominium ſe præſcripſiſſe profitetur. Porro Poloniæ Reges ad Gedanenſe emporium telonia exigunt, quæ cum ſuperioribus annis vellent augere, orta eſt ſeditio, Gedanenſibus, Danis, Suecis, cæteriſque, qui illud mare frequentant, minime patientibus. [2] Oratores quoque Reip. Polonæ Henrico Tertio Galliarum deinde Regi, quem ſibi tum Regem elegerant, promiſerunt, ſe claſſem neceſſariam, & ſufficientem tuendis portubus, & dominio maris propugnando inſtructuros. Alias etiam Maximilianus II. Cæſar, Polonorum maritimum Dominium agnouit, cum ſoluentes e Romani Imperij litoribus, curſumque in Moſcouiam, & Rigam dirigentes, impetrare licentiam [3] iubet a Rege Poloniæ. Neque omnino maritimis viribus carent Poloni, cum [4] Sigiſmundus Tertius pater Vladiſlai feliciter regnantis, Suecam claſſem in mari Balthico deuicerit, & [5] Coſacchi Polonorum ſubditi in Euxino & Turcis, & Tartaris, haud contemnenda inferant damna, ad ipſius Conſtantinopoleos ſuburbia nauibus quandoque excurrentes. Non

1. Schneiduein in §. & quidem, n.5. & ibi add. Inſtit. de rer. diuiſ.

2. Ianus Ianuſzovvokius Syntag. Stat. Polon. lib. 3. tit. 1.

3. Abſchied des Reichſuerordnung zu Erffurt. 1567

4. Simon Starovvolſc. in orat. in obitu Sigiſm. III.

5. Ibid. & in Paneg. ad Vladiſlaum IV.

tamen ideo Turcarum Imperator ipſis maris cedit dominium, ſed Ægæum totum, ac Pontum, atque Africanum ſibi vendicat, & peculiari titulo [1] Dominum maris tam Albi, quam Nigri (Ægæi ſcilicet, ac Ponti) ſe inſcribit, & [2] in mari Africano, quod ad Tunetanum, & Algerianum Regnum ſpectat, veniam piſcandi, & coralia indagandi Gallis alias dedit. Quam potentibus claſſibus hic Chriſtiani nominis hoſtis maritimum dominium tueatur, vtinam Chriſtiana Reſp. neſciret; ſed his minime contentus, [3] extructis in ipſis Helleſponti anguſtioribus faucibus munitiſſimis arcibus, in Pontum, venia non petita, nauigantibus aditũ præcludit. Agnoſcitur quoque dominium maris ab Æthiopibus. Scribens namq; eorum [4] Imperator Dauid Emanueli Luſitaniæ Regi, illum maris Rubri Imperatorem appellat. Sed in hoc mari, vt etiam in Indico, & Perſico, Mauri quoque, Arabeſque ſibi dominium vendicant, vti ipſorum Imperator, quem vocabant *Sultanum Cairi*, ad Rom. Pontificem ſcribens [5] præſeferebat. [6] Sinarum quoque Rex ad tuendum ſuorum marium dominium, copioſam habet claſſem, qua piratas perſequitur, ac nauigationem tutam præſtat. Quanta autem huic Regi ſit nauium copia, ex eo conijci poteſt, quod eæ gentes non minus flumina mareque, quam terram inhabitent, integræque familiæ ſemper in nauibus degant.

quam-

1. *In fœder. inter Henricũ IV. Gall. Reg. & Achmet. Imp. Turcar. 20. Mart. 1604. edito Pariſijs 1615 Gallice, & Turcice.*
2. *Ibid.*
3. *Coriol. Cippius de bell. Aſiatic. l. 2.*
4. *Apud Frãc. Aluar. de reb. Aethiop. & Damian. a Goes de Aethiop. morib.*
5. *Apud Barr. d. decad. 1. l. 8 c. 2.*
6. *Fray Iuan Gonzal. de Mendoz. hiſt. de la Chin. p. 1. l 3. c. 21. & p. 2. cap. 3. Eſtats, & Emp. de l'eſtat du Roy de la Chin. tit. forces. Boter. relat p. 2. lib. 3.*

Digitized by Google

quamuis ſuperiori ſeçulo [1] Faxiba Iaponiæ Imperator, deuictis quinquaginta alijs Regulis earum Inſularum, materiem ad fabricandam claſſem bis mille nauium paraſſet, qua maris imperium Sinenſibus adimeret. Atque, vt tandem hanc partem concludamus, ipſi [2] Hollandi (qui tamen ambire videntur maris communionem) eorumque prætoriæ, Hamburgenſium, Bremenſium, aliorumve naues arcent ab illis litoribus, ac portubus, qui hoſtium ſunt, & in eos irrepere tentantes, vel ex iiſdem prodeuntes, ſuæ faciunt poteſtatis, ſi præter leges aliquid intuliſſe deprehendantur; tantumque abeſt, vt communem maris vſum admittant,[3] vt Hugoni Grotio, qui de maris communione apud ipſos alias verba fecerat, hoc crimini datum ſit. In inducijs præterea, quæ inter ipſos, ac Regem Catholicum, & Archiduces Auſtriæ anno CIϽIϽCIX. ſunt factæ, Regem [4] plurium marium dominum agnoſcunt, & promittunt ſe ijs minime nauigaturos.[5] Recipiunt pariter fore, vt minime naues appellant, aut commorentur in maribus eiuſdem Regis cum nauibus bellicis; atque inſuper (quo dominium maris palam profitentur) eandem ab Hiſpano, & Archiducibus exigunt ſponſionem, ne videlicet ad eorum portus, & litora naues appellant, vel cum armatis nauigijs per ipſorum maria vagentur. Ac tot quidem populorum moribus firmatum ſit, maris domi-

nium,

1. *Eſtats, & Emp. de l'eſtat du Roy du Iapon tit. forçes & gouuer. Auuiſi del Giap. an. 1586*

2 *Pōt. diſcuſſ. hiſt. l. 1. c. 13.*

3. *Ipſe Grotius in Apologetico eorū, qui Hollandiæ præfuerūt ante mutationem 1618. c. 19. Selden. d. lib. 1. c. 26.*

4. *Art. 4.*

5 *Art. 12.*

Digitized by Google

nium, eiuſque diuiſionem, vſu, ac Iure gentium eſſe recepta.

Maris dominium, eiuſque diuiſionem Iure Pontificio, Patrum, Theologorum moralium, ac Iuriſconſultorum authoritatibus eſſe approbata.

CAP. VII.

NEQVE minus Ius Pontificium, quod in ſacris Romanorum Pontificum Conſtitutionibus deſcriptũ habemus, maritimum dominium, eiuſque diuiſionem probat; [1] Ex alecijs, quæ diebus feriatis capiuntur, hoc iure, decima Eccleſiæ, cuius iuriſdictioni ſubeſt mare, in quo capiuntur, eſt perſoluenda; [2] vbi Interpres territoriũ in mari (quod tamen [3] diſtrictus magis proprie appellatur) non ſecus, ac in terra eſſe profitetur. Eodem quoque iure cum ſtatuitur, [4] ſi Pont. Max. extra Romam decedat, vbi nam ſit electio facienda, [5] Interpretes omnes in hanc eunt ſententiam, ſi in mari Pontifex moriatur, eſſe ſucceſſorem eligendum in ea ciuitate, cuius diſtrictus eſt mare. Celebris [6] eſt excommunicatio, quæ aduerſus piratas, præcipue in mari Eccleſiaſtico piraticam facientes, in *Bulla*, quæ feria quinta maioris Hebdomadæ legi ſolet, ideoque *Bulla* Cœnæ Domini dicitur, fulminatur, a tot tantiſq; Pontifi-

1. *Cap. licet. de fer:*
2. *Gloſ. ibid. in ver. Eccleſijs.*
3. *Bald in rubric. quæ ſint regal. Iac. de Beln. in c. Romana. § contrahentes. de for. compet.*
4. *Cap. vbi periculũ. § porro, de elec. in 6*
5. *Io. Andr. in d. §. porro, Xuarez All g. 19. nu. 1. Cabed. Luſit dec. 46. num. 1. par. 2. Cbald. Pereir conſ. 23. n. 7. Melch. Phebor. Luſitan. deciſ. 10. 1 arreſt. 29. Barb. Collectan. ad d. §. porro, n. 8. alij.*
6. *Vrb. VIII. Cõſt 62. Paſtorauis. §. 3.*

tifi-

tificibus per longiſſimam temporum ſeriem repetita, vbi maris dominium pro Eccleſia aſſeritur, aſſignatis limitibus Argentario monte, ac Terracina, eiuſque [1] Interpretes omnes nemine prorſus excepto, & ſine controuerſia, maris dominium approbant, ac profitentur. Patres quoque noſtræ Catholicæ Eccleſiæ ſacram paginam interpretátes, non vno in loco maris dominium agnoſcunt: & Diuus [2] Ambroſius, *Pro ſingulari*, ait, *libidine inciditur terra, mare infunditur, vt inſulas faciant, vt poſſideant freta, ſpatia maris ſibi vendicant iure mancipij, piſciumque Iura ſicut vernaculorum conditione ſibi ſeruitij ſubiecta commemorant: iſte, inquit, ſinus maris meus, ille alterius.* Atque [3] alibi; *Mare hominibus datum eſt ad eſcam non ad periculum, ideoque piſcium eſt ambulare per mare, non hominis.* Quibus in locis maritimum dominium hominibus datum aſſerit, illudque inter ipſos fuiſſe diuiſum teſtatur, quamuis illorum libidinem, vt appellat, ac luxum in exquiſitis piſcibus alendis, & temeritatem in nauigando reprehendat. Philo quoque Iudæus ſacræ paginæ Interpres nobiliſſimus, gloriari non debere Principes, [4] inquit, ob deuictas multas gentes, aut quod omnia flumina, & maria numero, & magnitudine diffuſiſſima in ſuam poteſtatem redegerint. Quid multa? morales Theologi, qui legem, normamque viuendi iuxta Dei, atque Eccleſiæ Catholicæ præ-

cepta

1. Filliuc. nu. 75. Duard. l. 2 canon. 3. q. 3. Vgolin. in expoſition. huius Bullæ c. 3. §. 2 verſ. 3 Tolet. l. 1. c. 2. verſ. aduertẽdum, Suar. diſp. 21. ſect. 2. nu. 18. ad fin. Graff. p. 1. deciſ. l. 4. cap. 18. n. 67. Alter. cap 82 Bonac. de Cẽſur. huius Bullæ diſp. 1. p. 4. punct. 2. n. 4.

2. Hexeam. l. 5 c. 10. & lib. de Nabuthe. c. 3.

3. Lib. de Elia, & Ieiunio. c. 19.

4. Lib. de Plãtatione Noë.

Digitized by Google

cepta tradiderunt, [1] maria habere proprios dominos, a quibus defendantur cuſtodianturque, confirmant. Nonne ijdem [2] piſcatum a Domino maris prohiberi poſſe concedunt? Iuſte itaque maris dominium iure gentium eſt introductum, & a tot populis vſurpatum, & bene riteq; Iuriſconſulti paſſim illud agnoſcunt, ac profitentur: quorum [3] alij dominio maria eſſe ſubiecta aiunt, &, vt ipſorum vocabulo vtar, *appatronata*: [4] Alij maris eſſe iuriſdictionem, ac imperium ſicut terræ: [5] Alij eum, qui habet iuriſdictionem in territorio cohærenti, habere illam etiam in mari vſque ad centum milliaria: [6] Alij hanc vlterius extendunt in apertum, ac valde remotum pelagus, quod alij loco terreſtri non ſit magis propinquum: [7] Alij dominium maris eſſe Principis domini terræ: [8] Alij mare ſicut terram diſtingui, & in eo eſſe regna diſtincta ſicut in terris: [9] Alij mare contineri ſub appellatione territorij, & diſtrictus, vt in ipſum iuriſdictio exten-

1. Bonaccin. d. puct. 2. n. 3.
2. Couarr. ad reg. peccatũ, p. 2. §. 8. Caiet. tom. 1. opuſc. tract. 17. c. 12 Ioan. Medin. c. de reſt. q. 12 Sot. l. 4. de Iuſtit. q. 6. art. 4. Leſſ. de Iuſtit. lib. 2. c. 5. dubit. 7. alij.
3. Marc. de Iuriſd. p. 1. c. 33. nu. 35. Franc. Capibl. de Iur. Baron. pragmat. 14. §. 27. Bened. Bonius de Cenſib. artic. 16. n. 40. Bon. d. p. 2. n. 4
4. Canoniſta in d. cap. vbi periculũ. Bartol. in l. 1. C. de claſſi. Bald. in rubr. ff. de rer. diuiſ. n. 2. Angel. in l. Inſula, ff. de Iudic. Capol. de ſeruitut. ruſtic. præd. c. 26. n. 6 Boſſ. tit. de aquis & flumin. Hieron. de Mont. de fin. reg. c. 6. nu. 1.
5. Bart. in tract. de Inſul. §. nullius enim eſſe creditur.
6. Caſtren. in d. l. Inſula, n. 2. & ſeq. & Ang. n. 17. Salic. in l. 3. C. de nautic. fœn. Capol. d. c. 26 n. 17.
7. Bald. in rubr. quæ ſint regal. Alciat. in l. ex hoc Iure, n. 40. ff. de Iuſt. & Iur.
8. Bald. in l. fin. ff. de conſt. princ. & in rubr. ff. de rer. diuiſ. n. 4. & in l. ſi teſtamentum, ff. de Inſt. & ſubſt. Capol. d. c. 26. nu. 24. Canoniſta in d. c. vbi periculum. Hieron. de Mont. loc. cit. c. 39. nu. 1. Griphiand. de Inſul. c. 14. n. 41.
9. Bald. in l. 2. C. de ſent. ex breuic. recit. n. 5. & in l. fin. C. de teſtam. cũ ibi addent. Bart. in d. tract. de Inſul. Capol. d. c. 26. nu. 12. Hieron. de Mont. loc. cit. c. 11. n. 11. Boer. deciſ. 152. nu. 4. Canoniſta in d. c. vbi periculum. Bart. Ang. & DD. in d. l. Inſula. Bald. in c. accedens in fin. vt lit. non côteſt. Dec. in l. licet cauſam, ff. de prob. Cacheran. deciſ. Pedem. 155. n. 2. Petr. Gregor. Tholoſ. l. 1. Syntag. c. 3. n. 5. Nouar. deciſ. 38.

Digitized by Google

extendatur.[1] Alij maris dominium conſuetudine acquiri, ac præſcribi poſſe longi temporis præſcriptione, cuius initij non extet memoria, aſſerunt, & confirmant: ac in ſumma nemo, vt puto, Iuriſconſultorum maris dominium prorſus negauit, ac illius communionem peruicaciter ac perfracte defendit, præter vnum[2] Fernandum Vaſquium. Namque Hugonem Grotium (tametſi is peculiarem tractatum de mari libero ediderit) maris dominium approbare cenſemus, cum &[3] Iuriſdictionem in mari admittat & ſinum, ſeu fretum occupari poſſe, illudque Principis dominio ita ſubeſſe[4] fateatur, vt is vectigalia nauigantibus poſſit imponere.

Politicos, Hiſtoricos, Poëtas, alioſque ſcriptores dominium maris agnoſcere.

CAP. VIII.

HAVD ſecus Politici maritimum dominium agnoſcunt, approbantq; cum a ciuitate defendi potentiam maritimam volunt, & ciues non minus mari, quam terra exteris eſſe terrori.[5] Ariſtoteles ſiquidem poſtquam diſputauit, an nauigatio exterorum ad ciuitatem, & ciuium ad exteros eſſet permittenda, ac maris commercium concedendum, ne permixtione ciuium, cum exteris ciuitatis mores corrumperentur, admittendam quidem

G naui-

1. *Gl. in l. ſane ſi maris, ff. de Iniur. Bart. l. iniuriarũ actio, §. ſi quis me, n.2. eod. Angel. de Vbald. conſil. 290. Tuſc: de Iur. ſtat. in Imp. Rom. mẽb.25 Capol.d. c.26 n.8. Bald. in rubr. ff. de rer. diuiſ. num.4. & 5. Angel: in §. & quidem, & in § flumina, inſtit. eod. Schneid. in d. §. & quidem, & ibi adden. ad n.5.*
2. *Illuſtr. contro:. l.2. c.89.*
3. *Mari liber. c.5. & 6.*
4. *De Iur. belli, ac pacis, lib.2. cap.3. a n.8.*
5. *Politic. l.7. c.6.*

Digitized by Google

nauigationem, & commercium concludit, ſed procul a ciuitate extruendos portus, vt commoda eius commercij percipiat ciuitas, damna non cōtrahat. Cogendos autem exteros, vt ad eos portus, non alio, naues appellant, inſtruendamque claſſem pro viribus, & moribus ciuitatis, vt non ſolum ſibi ipſi, ſed & finitimis ferre poſſit auxilium, & eſſe terrori, quemadmodum terræ, ſic etiam mari. [1] Principem autem dominari mari æque ac terræ, cui mare adiacet, Politici ferme omnes cum Iureconſultis ſentiunt; ac tanti maris imperium apud ipſos eſt momenti, vt in eo rerum ſummam eſſe arbitrentur. [2] Iſocrates nēpe opinatus eſt fore, vt ea ciuitas, quæ in Græcia mari potiretur, pleraſque cæterarum dicto audientes haberet; & [3] Alcibiades, cum ad Perſas transfugiſſet, Tiſſapherni Regis Præfecto, qui ciuilia bella inter Athenienſes, & Lacedæmonios nutriebat, conſilium dedit, vt retulimus, ne permitteret ad alterutros deuenire maris, ac terræ imperium, ſed eos ita exerceret, vt alter terra, alter mari præualeret, periculoſum ratus potentiſſimo Regi, ſi alteruter populus mari terraque in Græcia dominaretur. [4] Iaſon quoque Theſſalus inani ſpe totius Græciæ, ac Perſarum regnum amplexus, inter cætera maris dominium, tanquam neceſſarium, requirebat; & [5] Procles Phliaſius maritimam potentiam magni ad imperium eſſe momenti arbitrabatur.

1. Io. Reip. l. 1. c. 10.
2. In Panath.
3. Apud Thucidid. lib. 8.
4. Apud Xenophon. rer. Græcar. lib. 6.
5. Ibid. lib. 5.

Sed

Digitized by Google

Sed ante hos [1] Themiſtocles (a quo Themiſtocleum conſilium appellatur in maritimis viribus confidentia) non alia ratione rerum potituros Athenienſes eſt arbitratus, quam ſi vel relicta terreſtri, nauticæ militiæ ſe darent; & cum aduerſus Xerſem pugnandum eſſet, [2] vrbem deſeri maluit, quam claſſem, ſi nauali prælio vinceret confidens fore, vt terra quoque præualeret. Hinc [3] Cicero de Pompeij contra Cæſarem apparatu ad Atticum, *Conſilium*, ſcribit, *Pompeij plane Themiſtocleum eſt: putat enim, qui mari potitur, eum rerum potiri. Itaque qui nunquam egit, vt Hiſpaniæ pro ſe tenerentur, naualis apparatus ei ſemper antiquiſſima cura fuit.* Hæc Cicero. Et Cæſarem Pompeius proculdubio defatigaſſet, & attriuiſſet, niſi vana fiducia inflatus ab illo incepto deſtitiſſet. [4] Tempore quoque belli Punici ſecundi, tam Romani, quam Carthaginienſes, ſupra omnia imperio maris potiri nitebantur, haud ignari quantum id ad bellum conficiendum conduceret. [5] Leonardus autem Lauredanus Venetiarum Princeps, terreſtre cum maritimo imperium comparans, atque vtramque potentiam, maritimam præfert. [6] In ſumma, maris imperium Monarchiæ quædam eſt epitome: ac prælia naualia quanti fuerint momenti, ex multis patet exemplis. Pugna ad Salaminam inter Græcos, & Perſas, iſtos tota Græcia ſpoliauit: Pugna ad Actium inter Auguſtum, & M. Antonium

1. *Plutarc. in Themiſtocle.*
2. *Ibid. & Herodot. in Polymnia.*
3. *Ad Attic. l. 10. epiſt. 7.*
4. *Apud Bibliot. Veneta lib. 8.*
5. *Polyb. l. 3.*
6. *Franc. Baro de Verulam. de dign. & augment. ſcient. l. 8. c. 3 n 9.*

Digitized by Google

orbis imperium determinauit. Pugna ad Lamellum inter Genuenſes & Piſanos, hos funditus euertit. Pugna ad Echinadas Turcicam inſolentiam compeſcuit: ac ſæpe ſæpius euenit, vt pugnæ nauales finem ſummæ belli afferant, cum ipſis totius belli fortuna committitur; & proculdubio, qui maris potitur imperio, in magna agit libertate, & quantum velit de bello ſumere poteſt; vbi contra, qui terreſtribus copijs eſt ſuperior, nihilominus plurimis anguſtijs conflictatur; ac certe vtriuſque Indiæ theſauri, & opes imperium maris conſequuntur. Superiori autem ſeculo vidimus non prius Gallos ab Hiſpanis ex Italia pelli potuiſſe, quam imperio maris deciderent; & noſtro hoc videmus Belgij Ordines confœderatos, quod maritimis viribus polleant, ſumma Auſtriacæ familiæ potentia minime poſſe expugnari. Hinc non minus appoſite ad Politiam, quam eleganter [1] Virgilius, Tellurem tridente percuſſam Neptuno equum parturijſſe fingit:

1. Georg. l. 1.

——tuque o cui prima frementem
Fudit equum Tellus magno percuſſa tridenti
Neptune.

Quo innueret, dominum maris ſua potentia terreſtrem quoque potentiam attracturum. Tridentem enim ſcimus eſſe telum Neptuni, quo ferire fingitur; equum autem idem Poëta pro bello, ac bellica potentia interpretantem inducit

ducit[1] Anchiſen.

———bellum, o terra hoſpita, portas:

Bello armantur equi: bellum hæc armenta minatur.

Scilicet tridente percuſſa Tellus, Neptuno bellicam ſuam ſobolem fingitur conceſſiſſe; quinimo[2] cum apud Augures Imperium equus ſignificet, a Neptuno maritima potentia petita Tellus, ſui imperium conceſſit. Ac tanti quidem apud Politicos eſt maris dominium. De hoc autem & Hiſtorici paſſim faciunt mentionem; occurruntque ſexcentis in locis apud Græcos, Hiſtoricos, τὸ θαλασσοκρατεῖν, ὁ θαλασσοκράτωρ, ἡ ἀρχὴ τῆς θαλάσσης, quæ vocabula imperium, ac dominium maris[3] important, quamuis primum aliqui, naualibus copijs præſtare interpretentur: & apud Latinos, *Mari potiri*, *Maris imperium*, aliaque ſimilia, quibus maris dominium denotatur. Et qui vernaculo idiomate hiſtorias conſcripſerunt, verbis, quæ idem ſua lingua ſignificant, dominium maris expreſſere. Græci præterea hiſtorici, cum ante initium Olympiadum nullum certum haberent tempus, a quo ſeriem Hiſtoriæ deducerent, eam a Dominio maris diuerſorum populorũ computabãt. Sed quoniam Hiſtoricorum teſtimonia abunde ſatis ſuperius recenſuimus, cum de conſuetudine populorum, cum antiquorum, tum recentiorum egimus; illa hic conſulto omittentes, ne actum agere videamur, ad Poëtas veniemus: nam tametſi

1. *Æneid. l. 3.*

2. *Iuſtin. l. 18 de equino capite in fundatione Carthaginis inuẽto. Pier. Valer. hierogl. lib. 4. c. 9.*

3. *Budæus in cõment. ling. Græc. Selden. lib. 1. cap. 9. mar. clauſ.*

Poëſis

Digitized by Google

1. Diod. Sicul. l. 1. rer. antiq. Poëſis [1] magis oblectare animos, quam prodeſſe videatur, & gentium leges ac inſtituta corripere potius quam docere, [2] ſitque Poëta res volatica & leuis, nec ſui compos cum canit, [3] imo furore afflatus, quaſi fons, quæcunque influunt, prorſus effundat; non tamen omnino authoritate carent Poëtæ, cum fuerint [4] ipſis Philoſophis antiquiores, [5] ſintque tanquam Patres, ac Duces ſapientiæ. Vera [6] etenim ſunt quæ ipſi loquuntur, ſed obtentu aliquo, ſpecieque velata. Caute nihilominus eorum teſtimonia ſunt admittenda, [7] cum ijs vtantur plerunque, non qui germane, ac ſyncere aliquid profitentur, ſed qui vulgo fucum faciunt. Nos autem ideo ipſorum dicta adducimus, non quaſi vera cenſeamus, quæ fingunt, ſed vt oſtendamus, ab ijs de maris dominio fieri mentionem, ac de re vſitata, & recepta: quod cum Imperatorem facere non puduerit, qui Homericis verſibus ſuas ſanctiones [8] illuſtrauit, non eſt cur nos id facere recuſemus. Poëtarum igitur apud Græcos [9] Princeps Homerus Neptunum inducit ſuum maris imperium iactantem.

2. Plato in Io. ſeu de fuuor. Poëtic.
3. Idem 4. de legib.
4. Lactant. l. 5 diuin. Inſt. c. 5
5. Plat. in Lyſi. ſeu de amicitia.
6. Lactan. de falſ. relig. l. 1. c. 11.
7 Sext. Empir. aduerſ. Mathem. c. 13.
8. Inſtit. de donat. in pr.
9. Iliad. O

Τρῆς γάρ τ' ἐκ Κρόνου εἰμὲν ἀδελφοί, οὓς τέκε Ῥέα,
Ζεὺς καὶ ἐγώ, τρίτατος δ' Ἀΐδης ἐνέροισιν ἀνάσσων.
Τριχθὰ δὲ πάντα δέδασται, ἕκαστος δ' ἔμμορε τιμῆς:
Ἤτοι ἐγὼν ἔλαχον πολιὴν ἅλα, ναιέμεν αἰεὶ
Παλλομένων, ἀΐδης δ' ἔλαχεν ζόφον ἠερόεντα,
Ζεὺς δ' ἔλαχ' οὐρανὸν εὐρὺν αἰθέρι, καὶ νεφέλῃσι.

Tres

Tres ſumus e Veſta geniti Saturnia proles,
Iuppiter atque ego; Diri tertius, infima Ditis
Regna tenet Pluto: ſuntque in tres omnia partes
Diuiſa, atque ſuum quiſque eſt ſortitus honorem;
Sic mihi ſorte datum pelagus retinere profundum,
Plutoni obſeſſa æterna caligine regna,
Atque Ioui æthereas ſedes radiantis Olympi.

Hæc eſt illa decantata diuiſio inter Saturni filios facta, quam non omnino fabulam putare oportet, ſed inter eos ita rem fuiſſe geſtam, vt Oriẽtis Imperium Ioui cederet; Plutoni, cui cognomen Ageſilao fuit, pars Occidentis obtingeret: ideoque ille Cœlum, hic Inferos ſortitus dicitur, quod plaga Orientis, ex qua lux mortalibus datur, ſuperior, Occidentis autem inferior videatur. De Neptuni ſorte manifeſtum eſt, cuius regnum tale fuiſſe dicimus, quale M. Antonij fuit infinitum illud imperium, cui totius oræ maritimæ poteſtatem Rom. Senatus decreuerat, vt prædones perſequeretur, ac mare omne pacaret, ſic Neptuno maritima omnia cum Inſulis obuenerunt. Hæc ferme [1] Lactantius ex Euhemero Meſſanenſi rerum geſtarum Iouis, aliorumq; pſeudodeorum ſcriptore, cuius authoris etiam [2] meminit Cicero, quique illorum Deorum mortem & ſepulturas demonſtrauit. Huic autem ſententiæ [3] omnes qui antiquas fabulas interpretantur, ſubſcribunt, vt Neptunum maris dominium in partitione fuiſſe ſortitum profiteantur. Nec

deſunt,

1. *Diuin. Inſt. l. 1. c. 11.*

2. *Lib. 1. de nat. Deor.*

3. *Diod. Sicul. rerum antiq. lib. 6. cap. 15. Natal. Com. mythol. l. 2 c. 8. Hyginus. alij.*

deſunt, qui hanc fictam a Poëtis diuiſionem eam eſſe [1] autument, quæ inter Noachidas eſt facta. Sed vt ad Poëtas redeamus, Heſiodus ait Iouem [2] Hecatæ permiſiſſe

1. Griphiand. de Inſul. c.31 n.15.
2. In Theogonia.

Μοῖραν ἔχειν γαίης τε, καὶ ἀτρυγέτοιο θαλάσσης.
Partem habere terræ, & infructuoſi maris.

3 ἁλιευτ. α

Et [3] Oppianus de Amphitrite.

———— ἁλὸς Βασίλειαν ἔθηκεν.
———— *maris Reginam conſtituit.*

4. Dionyſiac. lib.4.

Et [4] Nonnus.

———— Βερόη κράτος ἔσχε θαλάσσης
———— *Beroë Imperium habuit maris.*

Antiphanes quoque comicus dolet.

Τῆς μὲν θαλάσσης ἀντιποιεῖσθαί τινας.
Mare vſurpare ſibi quoſdam.

5. Aeneid. 1.

Apud [5] Virgilium autem Neptunus e mari ventos expellens Eolo referre iubet:

Non illi imperium pelagi, ſæuumque tridentem,
Sed mihi ſorte datum.

6. Ibid. 8.

Et [6] alibi idem Poëta Æneam inducit petentem ab Euandro contra Daunos auxilium, atque inter ea quæ recenſet, vt perſuadeat, hoc eſt

Gens eadem, quæ te crudeli Daunia bello
Inſequitur, nos ſi pellant, nihil abfore credunt,
Quin omnem Heſperiã penitus ſua ſub iuga mittãt:
Et mare quod ſupra teneant, quodque alluit infra.

7. Lib. 1.

Et Lucanus ciuile bellum [7] deteſtans:

O quantum terræ potuit, pelagique parari,
Hoc, quem ciuiles hauſerunt, ſanguine dextræ.

Se-

Seneca quoque [1] Tragicus. 1. In Octau. act.1.ſc.2.

———————Paruit liber diu
Oceanus. & recepit inuitus rates.

Atque [2] alibi de Cretenſium dominio maritimo. 2. In Hyppol. act.1.ſc.2.

O magna vaſti Creta dominatrix freti.

Item [3] Iuuenalis. 3. Satyr.4.

————venit, & Criſpi iucunda ſenectus,
Cuius erant mores, qualis facundia, mite
Ingenium, maria, ac terras, populoſque regenti
Quis comes vtilior?

Et Statius [4] ad Domitianum. 4. Thebaid. lib.1.

————maneas hominum contentus habenis,
Vndarum, terraque potens.

Et [5] Claudianus ad Honorium de ipſius gentis origine. 5. Panegyr.7. de 4. Honor. Conſulat.

————terræ dominos, pelagique futuros
Immenſo decuit rerum de Principe naſci.

Et paulo poſt.

Sed laudes genitor longe tranſgreſſus auitas
Subdidit Oceanum ſceptris, & margine cœli
Clauſit opes, quantum diſtant a Tigride Gades.

Item [6] alibi. 6. Panegyr.8. in Conſulat. Manlij Theodoſij.

————Hiſpana tibi, Germanaque Tethis
Paruit, & noſtro diducta Britannia mundo.

Quin & Hugo Grotius, quamuis imperium maris impugnet, alicubi Oceanum alloquens, eius dominium Regi magnæ Britanniæ [7] tribuit, ita enim habet. 7. Syluar. l.1.

Sume animos a Rege tuo, meliore leuatus

H Si-

Sidere, nec cæla populos quocunque calentes
Sole, per immenſum quem circumuolueris orbem,
Quis det iura mari.

Sed eſſemus nimij, ſi cuncta, quæ extant Poëtarum teſtimonia de dominio maritimo, vellemus afferre. Nuſquam fere apud eos Neptuni mentio occurrit, quin ipſum Maris Dominum appellent, ac ſexcentis in locis dominium maris, cum Romanorum, tum aliarum gentium adducunt, quorum nonnulla ſuperius retulimus. Ac ſi Poëtis placet addere Aſtrologos,[1] Iulij Firmici adeſt authoritas, qui eos, quorum in themate Genethliaco Luna creſcens triceſimam Tauri partem occupauerit, proſpera Iouis radiatione accedente, ſomniat maris, ac terræ dominia poſſidentes, quocumque feliciter exercitum eſſe ducturos. Quin & ſomniorum Interpretes, (dum [2] vaticinantur, iuxta fallacis ſuperſtitionis coniecturas, eum qui in ſomnijs ſibi fuerit viſus maris dominus effectus, vniuerſi regni heredem eſſe futurum) dominium maris agnoſcunt, vt hoc iam non ſolum notum ſit Politicis, Hiſtoricis, ac Poëtis, ſed & Aſtrologis, ac Onirocriticis.

1. *Matheſeos lib. 6. c. 1.*

2. *Achmes Ben Seirim in Onirocriticis c. 178.*

Argu-

Argumenta, quibus eorum opinio nititur, qui maris haberi poſſe dominium negant.

CAP. IX.

HACTENVS maritimum dominium, eiuſque diuiſionem diuinis Oraculis non aduerſari, iure gentium eſſe introductam, & conſuetudine receptam oſtendimus. Iure item Pontificio, Patrum, Theologorum Moralium, Iureconſultorum, Politicorumque, ac Hiſtoricorum, & Poëtarum, aliorumque authoritatibus eſſe approbatam demonſtrauimus. Ac tantam quidem, tantorumque teſtimoniorum claſſem pro hac ſententia, in qua & nos ſumus, in mare deduximus, vt ſine controuerſia illius dominium tenere deberemus. At nihilominus non pudet quoſdá, quos ἀνταγωνιστὰς, aduerſarioſque appellare iam poſſumus, in aciem prodire, & maris communionem obtendentes, ipſius dominium oppugnare. Et, Deus bone, quanta, qualique cum manu! Fumos antiquitatis offundunt, Poëticas fabulas opponunt, Iuriſconſultorum reſponſis, Imperatorum placitis, ſacræ paginæ oraculis abutentes fulciunt labantem opinionem. Puderet cum ijs manus conſerere, quos temere prodire non pudet, ni dominio noſtro derogaret, ſi ſpatiari per mare illos pateremur. Præmittunt veluti ad laceſſendum

Digitized by Google

antiquitatis fumos, & Poëtarum figmenta, quaſi leuiora nauigia.[1] In ipſa, inquiunt, mundi infantia, cum ille adhuc tenellus vagiret in cunis,[2] erant omnia communia, veluti vnum cunctis patrimonium eſſet,[3] cum ſuapte naturâ nulla priuata ſint.

> [4] *Nam propriæ telluris herum natura nec illum,*
> *Nec me, nec quemquam ſtatuit.*

Dominium vero rerum extabat quidem, ſed vniuerſale quoddam, & minime determinatū, quo ad arbitrium quiſque rebus communibus vtebatur.

> [5] *Nec ſignare quidem, aut partiri limite campum*
> *Fas erat,*

Sed

> ———[6] *promiſcua rura per agros*
> *Præſtiterant cunctis communia cuncta videri,*

Vt etiam

> ———[7] *peruium cunctis iter,*
> *Communis vſus omnium rerum fuit.*

Hinc factum eſt, vt quiſque hominum ad ſuos vſus arripere poſſet, quod vellet, idque conſumere, ſi poterat.

> [8] *Tum laqueis captare feras, & fallere viſco*
> *Inuentum.*

Vniuerſalis itaque hic vſus, tum obtinebat vicem proprietatis, nam quod quiſque ſic arripuerat, id ei alius eripere citra iniuriam nequibat. Hæc autem rerum communio durauit, donec

1. *Hæc argumenta habētur apud Hugonem Grotiū de mari libero c. 5. & 7. & de Iur bel. l. 2. c. 2. & 3 Vaſquium Illuſtr. controu. lib. 2. c. 89. a nu. 14 Gryphiand de Inſul cap. 10. a n. 25 & c. 14. a num. 54. & c. 25. a n. 60.*
2. *Iuſtin. l. 42*
3. *Cic. de offic. lib. 1.*
4. *Horat. ſer. lib. 2. Sat 2.*
5. *Virgil. Georg. 1.*
6. *Auien. in Arat.*
7. *Senec. in Octau. act. 2. ſc. 1.*
8. *Virgil. loc. cit.*

nec eximia hominum ſimplicitas, ac mutua charitas viguit. At cum quædam vſu abſumerentur, aut in alicuius vſum conuerſa, nullum deinceps alium vſum admitterent, vel per ipſum deteriora redderentur; proprietas introducta eſt quædam, qua occupator rei alicuius, eiuſdem vſu cæteros prohiberet,

[1] *Tum primum ſubiere domos.*

[2] *Communemque prius, ceu lumina ſolis, & auræ,*
Cautus humum longo ſignauit limite meſſor.

1. *Ibid.*

2. *Ouid. Metamorph. 1.*

Huic igitur occupationi, per quam proprietas introducta eſt, leges aſſignant, vt eorum quæ poſſeſſioni renituntur; qualia ſunt feræ beſtiæ, & ſimilia, occupatio debeat eſſe perpetua, ſufficiat in alijs, vt ſemel adepta poſſeſſio animo retineatur. Occupationem vero in mobilibus apprehenſionem eſſe definiunt, inſtructionem, aut limitationem in immobilibus. Horum autem quæ fuerunt occupata, cum inſtitutæ ſunt ciuitates, alia facta ſunt publica, hoc eſt totius populi, qui coierat, alia mere priuata ſingulorum. His quaſi ad laceſſendum præmiſſis, denſiorem iam aciem, veluti phalangem Macedonicam, promouent. Progredientes itaque colligunt; Ea quæ occupari non poſſunt iuxta præſcriptas leges, aut nunquam occupata fuere, nullius propria eſſe, quia proprietas omnis ab occupatione cœperit. Ea præterea, quæ natura ita comparata ſunt, vt aliquo vtente, nihilomi-

nus

nus alijs quibuſuis ad vſum promiſcue ſufficiát, etiam noſtro hoc tempore eius eſſe conditionis, & perpetuo eſſe debere, cuius fuerant, cum primum a natura ſunt prodita. Huiuſmodi ea faciunt omnia, in quibus ſine detrimento alteri commodari poſſit, cuiuſmodi eſſe inquiunt, aërem, aquam profluentem, ac mare cum ſuo litore; Quod ſi quis horũ quidpiam occupauerit, iniuſtitiam fecerit, & eorum vſus non magis ab vno omnibus eripi poteſt, quam a te mihi, quod meum eſt. Veruntamen ſi horum quidquam, abſque impedimẽto, & diminutione promiſcui vſus, poſſit occupari, id occupanti conceditur; quod in mari vix poteſt accidere, cuius vſus, nauigatio videlicet, & piſcatus, debet eſſe communis. Cum inſuper ius naturale immutabile ſit, & ei derogari non poſſit, ſitque mare commune omnium iure naturæ, alicuius proprium fieri non poteſt. Iure præterea naturali, ac diuino præceptum eſt, vt quod tibi non vis, alteri ne facias: Ideoque cum nauigatio nemini poſſit eſſe pernicioſa, niſi ipſi nauiganti, par eſt, vt nemini poſſit, aut debeat impediri. Neque vnquam maris eſt facta diuiſio, vt terræ: nam cum primum terra diuiſa eſt, mare ſui maxima ex parte erat incognitum; ac deinceps facta non fuit, cum terras, aliaque diuidi expediret, non mare. Conſtat enim quod ſi multi venentur in terra, aut piſcentur in flumine, facile nemus

feris,

Digitized by Google

feris, & flumen piſcibus inane relinquitur, quod mari non accidit. Fluminum quoque nauigatio redditur deterior, & impeditur per ædificia, quod in mari fieri non poteſt; & aquæductus facile exhauriunt flumen, non item mare: ideoque hæc omnia dominio priuato ſubiecta ſunt, quod promiſcue omnium vſui patere non valeant. Atque omnino mare occupari non poterat, cum ipſius natura occupationi repugnet: Occupatio namque locum non habet, niſi in re terminata: liquida vero non terminantur, ac mare præſertim (cum in momenta mutetur, aquis alijs, alijſque in priorem locum ſemper ſuccedentibus) adeo fluxum eſt, & inſtabile, vt terminari non queat: ideoque D. Ambroſius[1] *Geometram*, inquit, *audiuimus, Thalaſſometram nunquam audiuimus.* Ac præterea ſi maris dominium admitteretur, iuri, & commoditati commerciorum derogaretur, quæ cum iure gentium libera ſint, ijs afferri impedimentum minime poteſt. Concludunt itaque: Mare in numero earum rerum eſſe, quæ in commercio non ſunt, hoc eſt, quæ proprij iuris fieri non poſſunt; vnde ſequitur, nullam maris partem in territorio alicuius poſſe cenſeri, ideoque neque etiam poſſe præſcribi, cum inſuper præſcriptio Iuris Ciuilis Romani mere ſit, neque locum habeat, cum agitur inter Principes ſuperiorem nõ recognoſcentes, præſcribique nequeant, quæ ad hoc ex legis

diſpo-

1. *Hexam. lib.5.c.10.*

Digitized by Google

diſpoſitione non ſunt apta, vt via publica, homo liber, res ſacræ, & mare, quæ neque mille annorum ſpatio præſcribuntur, Eademque prorſus ratione maris dominium neque etiam conſuetudine poteſt acquiri. Huic argumentorum phalangi ſubſidio adſunt Poëtarum alæ.

——mare quidem commune certo'ſt omnibus,

1. In Rudent. act 4. Inquit [1] Plautus, [2] & Virgilius de Cæſare.

2. Aeneid. 1.

Naſcetur pulchra Troianus origine Cæſar,
Imperium Oceano, famam qui temperet aſtris.

Quibus Oceanum ab ipſius eximit imperio; & [3] alibi.

3. Ibid. 7.

————————litusque rogamus
Innocuum, & cũctis vndamque, auramq; patẽtem.

4. Metam. 6. Et [4] Ouidius.

Quid prohibetis aquas? vſus communis aquarũ eſt;
Nec ſolem proprium natura, nec aëra fecit,
Nec tenues vndas:

5. Faſtor. 1. Et [5] alibi.

Omne ſolum forti patria eſt, vt piſcibus æquor:

Quibus ſimilia addunt. Sed fortius eſt, quod ſequitur Iuriſconſultorum ſubſidium: [6] Vlpianus ſiquidem: *Mari*, inquit, *quod natura omnibus patet, ſeruitus imponi priuata lege non poteſt.* Et [7] alibi *Mare commune omnium eſt & litora, ſicut aër: & eſt ſæpiſſime reſcriptum, non poſſe quem piſcari prohiberi.* Et Ariſto, referente [8] Pomponio, *publicum fieri*, ait, *quod mare occupauerit:* [9] Celſus quoque litora Populi Romani eſſe pronunciat, & maris vſum

6. L. Venditor fundi. ff. com. præd.
7. L. iniuriarum actio, § ſi quis me. ff. de Iniur.
8. L. Ariſto ait, ff. de rer. diu.
9. L. litora. ff. ne quid in loc. publ.

com-

Digitized by Google

communem omnibus hominibus, vt aëris: & [1] Martianus teſtatur, mare omnium eſſe commune: His addunt placita Antonini Auguſti, qui ſe, referente [2] Mætiano, mundi Dominum dixit, legem autem maris: & [3] Iuſtiniani, qui etiam mare commune omnium eſſe profitetur. In hanc autem ſententiam iuiſſe, aiunt, recentiores Iuriſconſultos, Placentinum, Io. Fabrum, Baldum, alioſque. Claudit aciem ipſorum Achilles, argumenta e ſacra pagina deſumpta. Regius namque Propheta Deum alloquens. [4] *Tu dominaris*, inquit, *poteſtati maris*, & *motum fluctuum eius tu mitigas*. Et [5] alibi de Deo verba faciens: *Quoniam ipſius eſt mare, & ipſe fecit illud, & aridam fundauerunt manus eius*. Iob quoque ipſius Dei referens oracula. [6] *Quis*, inquit, *concluſit oſtijs mare, quando erumpebat, quaſi de vulua procedens, cum ponerem nubem veſtimentum eius, & caligine illud, quaſi pannis infantiæ, obuoluerem? Circumdedi illud terminis meis, & poſui vectem & oſtia; & dixi, vſque huc venies, & non procedes amplius, & hic configes tumentes fluctus tuos*. Et infra, *Nunquid ingreſſus es profundum maris, & in nouiſſimis abyſſi deambulaſti?* His copijs, argumentiſque confiſi aduerſarij, quaſi victoriam tenentes, ſibi putant poſſe nihil opponi; eaque iura, quæ repugnant, aut de portu loqui inquiunt, qui non communis eſt, ſed proprie publicus: aut de Inſulis, quas compertum eſt poſſe occupari. Eos autem, qui

1. *L. quædam. ff. de rer. diu.*
2. *L. ἀξίωσις ff. ad l. Rhod. de iact.*
3. *§. & quidẽ. §. litora. Inſt. de rer. diuiſ.*
4. Pſalm. 88. verſ. 10.
5. Pſalm. 94. verſ. 5.
6. Cap. 38. verſ. 8.

dicunt mare aliquod eſſe Pop. Rom. aut alterius cuiuſpiam, dictum ſuum ita interpretari aiunt, vt ius illud in mare vltra protectionem, & iuriſdictionem non procedat, quod ius à proprietate diſtinguunt: Et Pop. Romanus piratas puniebat, non ex proprio, ſed ex communi iure, quod & aliæ gentes liberæ in mari habuere. Fatentur autem interim potuiſſe inter gentes aliquas conuenire, vt capti in maris hac, vel illa parte, huius aut illius Reip. iudicium ſubirent; potuiſſe item populos aliquot modum nauigandi ſibi præſtituere, aut nauigationem alicui ex pacto prohibere: quod ipſos quidem eam ſibi legem ferentes obligat, non alios, & mare alicuius proprium non facit, ſed ius in contrahentium perſonas tantum conſtituit. Reditus ſimiliter, qui in piſcatus maritimos conſtituti regalium numero cenſentur, non rem, hoc eſt mare, aut piſcatum, ſed perſonas obligare volunt: quare ſubditi, in quos legem ferendi Princeps ius habet, ad onera vectigaliaque ſoluenda compelli poſſunt, non etiam exteri, qui illius Principis, aut Reipub. legibus non obligantur. Concedunt quoque fieri non iniuria poſſe, vt quis in maris diuerticulo piſcandi locum ſibi palis circumſepiat, atque ita priuatum faciat, ſuique dominij, donec duret occupatio, dummodo nauigationi non afferat impedimentum.

Con-

Digitized by Google

Confutatio opinionis aduerſariorum de rerum communione.

CAP. X.

AC talia quidem cõtra maris dominium ab aduerſarijs afferuntur; quæ nos ideo in capita redegimus, vt eorum opinionis fallacia appareret euidentior. Ea namque cũ vberius diſputãtur, ac fuſius, ab Hugone Grotio præſertim, facilius effugiunt confutationem; cum autem breuius, anguſtiuſque concluduntur, tum apertiora ſunt ad reprehendendum: nam vt profluentis amnis aqua, aut vix, aut nullo modo, concluſa autem facile corrumpitur, ſic orationis flumine reprehenſoris argumenta diluuntur, anguſtia autem concluſæ orationis non facile ſe ipſa tutatur, niſi veritas illá adminiculetur. Quæ igitur ab aduerſarijs dilatantur, nos ita preſſimus, vti ſuperiori capite viſum eſt, quo facilius argumentorũ vitia cognoſcerentur. Primum itaque opinionis ipſorum fundamentum, vt videtur, eſt rerum communio, qua omnibus hominibus iure naturæ, ab initio mundi, omnia fuiſſe communia arbitrantur, ea, quæ Poëtæ de ætate aurea, & ſeculo Saturnio confinxerunt, veram quaſi hiſtoriam reputantes.

1 Χρύσεον μὲν πρώτιστα γένος μερόπων ἀνθρώπων
Ἀθάνατοι ποίησαν ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες;

1. *Heſiod.* ἔργων καὶ ἡμέρων. α.

Οἱ μὲν ἐπὶ Κρόνου ἦσαν, ὅτ' οὐρανῷ ἐμβασίλευεν,
Ὥστε θεοὶ δ' ἔζωον, ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντες,
Νόσφιν ἄτερ τε πόνων, καὶ ὀϊζύος, οὐδέ τι δειλὸν
Γῆρας ἐπῆν, αἰεὶ δὲ πόδας, καὶ χεῖρας ὁμοῖοι
Τέρποντ' ἐν θαλίῃσι, κακῶν ἔκτοσθεν ἁπάντων
Θνῆσκον δ' ὡς ὕπνῳ δεδμημένοι, ἐσθλὰ δὲ πάντα
Τοῖσιν ἔην, καρπὸν δ' ἔφερε ζείδωρος ἄρουρα
Αὐτομάτη, πολλόν τε, καὶ ἄφθονον, οἱ δ' ἐθελημοὶ
Ἥσυχοι ἔργα νέμοντο σὺν ἐσθλοῖσιν πολέεσσιν.

Aurea prima hominum ſoboles eſt facta, Deorum
Munere, qui ſedes habitant radiantis Olympi.
Tum ſub Saturno, cæli qui ſceptra tenebat,
Vixerunt homines, mentis cum pace quieti,
Vtque Dij felices; non labor omnibus vllus,
Non curæ, aut morbus, tremulæ non damna ſenectæ,
Sed ſemper vegeti vitam duxere beatam,
Linquebantque animas, capti quaſi membra ſopore;
Nilque ipſis deerat, diues dabat omnia tellus
Sponte ſua, fructuſque bonos, multoſque ferebat,
Quèis ditatæ opibus peragebant otia gentes.

O felicem ætatem! O vitam hominum beatam!

1. Virgil. in Aetna.

[1] *Aurea ſecuri quis neſcit ſecula Regis:*
Cum domitis nemo Cererem iactaret in aruis,
Venturiſque malas prohiberet frugibus herbas;
Annua ſed ſaturæ complerent horrea meſſes,
Ipſe ſuo flueret Bacchus pede: mellaque lentis
Penderent folijs, & pingui Pallas Oliua?

Inuidendam certe ætatẽ, & noſtris præoptandam tẽporibus felices illi primũ editi homines vixere.

Non

[1] *Non ceſſit cuiquam melius ſua tempora noſſe.* 1. Ibid.

Nobis autem, qui tot, tantiſque anguſtijs quotidie conflictamur, calamitatem augeat, ſi conſideremus.

[2] *Quam bene Saturno viuebant Rege, priuſquam* 2. Tibull. l. 1. eleg. 3.
Tellus in longas eſt patefacta vias.
Nondum cæruleas pinus contempſerat vndas,
Effuſum ventis præbueratque ſinum.
Nec vagus ignotis repetens compendia terris
Preſſerat externa nauita merce ratem.
Illo non validus ſubijt iuga tempore taurus,
Non domito frænos ore momordit equus.
Non domus vlla fores habuit, non fixus in agro,
Qui regeret certis finibus arua lapis.
Ipſæ mella dabant quercus, vltroque ferebant
Obuia ſecuris vbera lactis oues.
Non acies, non ira fuit, non bella; nec enſes
Immiti ſæuus duxerat arte faber.

Belle certe conficta, & ad inſtruendam hominum vitam, deſignandamque qualis eſſe deberet, & ad conciliandam mutuam charitatem appoſite; ac ſane longum nimis eſſet referre omnia, quæ de hac ætate, deque Saturno Italiæ Rege a Poëtis confinguntur. Num igitur ideo aduerſarij nos cogunt, his fabulis credere? quæ delectationis habeant quantumuis, verbis, ſententijs, numeris, canticis adiuuentur, [3] authoritatem quidem nullam debemus, nec fidem cōmentitijs rebus adiungere. Atqui quoniam cum 3. Cicero de diuinat. l. 2.

doctiſ-

doctiſſimis viris mihi res eſt, vellem ediſcere, in quæ tempora hoc ſeculum Saturnium inciderit. Scilicet minime ſeneſcebant homines, ſed integri vegetique, ſanis vigentibuſq; membris omnibus, non morte, ſed longiuſculo ſomno opprimebantur. Non agricultura, non nauigatio, non mercatura, non bella, animos, corpusve defatigabant. Omnia ſuppeditabat ipſa natura, ac tellus ſua ſponte felices, beatoſque homines nutriebat, ipſi deſides, atque otioſi voluptatibus tantummodo dediti ſedebant, & otiabantur. Videor iam mihi videre Deos Epicuri, omni operatione expertes, ſua tantummodo beatitate perfruentes. Atqui moriebantur homines tandem. Vnde defectus iſte naturę? videmus ſiquidem quæ natura creauit, omnia non ſubito, aut fortuitu, ſed ſenſim, & per quoſdam quaſi gradus naſci, adoleſcere, vigere, collabi, interire. Illi nimirum primi homines ſani, vegetique, nullis membris debilitati, ſubita morte extinguebantur. Magna ſane calamitas, quæ cæteras eius æui felicitates compenſet, & obſcuret, per labores, per ſenectutem, per morbos non doceri cum morte luctari, ipſamque demum perpeti minus duram. Sed fuerit hoc aureum ſeculum, vixerint homines ſani, integri, vegeti, deſides, cuncta ſuppeditarit omnibus natura; Cum primis hominibus mater illa tam prouida, poſteris deinceps, ſi dijs placet, facta nouerca, Pandoram

cum

Digitized by Google

cum ſua peſtilenti pyxide immiſerit; cur a naturali iure homines deſciuiſſe dicunt aduerſarij, cum abrogata eſt rerum communio, non potius naturam ad hoc homines compuliſſe? Non a natura deſciſcit, qui ipſa ſuadente non modo, ſed etiam cogente aliquid facit. Sani vegetique, ac robuſti erant homines ſemper; arua ſegetes, vites vuas, fructus arbores, apes mella propria ſponte ſemper miniſtrabant. Quid opus erat rerum diuiſione? quid horreis? quid nauibus? ſuſtulit hæc dona natura; cœperunt homines debilitari, ægrotare, ſeneſcere: arua, vites, arbores, apeſque vix cultæ fructus ferre. Quid a natura receſſum aiunt, cum ad hæc diuidenda ipſius naturæ neceſſitas homines impulerit? Quid ni potius, poſtquam libuit primorum vitam indagare, ac Ethnicorum ſequi ſententias, cum [1] Diodoro Siculo ſentiunt? Hic a primordio orbis, e ſylueſtri vita ſimul conuenientes homines, autumat, primum humanas carnes deuoraſſe, bellaſſeque inuicem, eo ſuperante, qui viribus prę-ualebat: Tum iniurijs potentiorum imbecillos, vrgente neceſſitate edoctos, acie facta, animalis ſignum ex his, quæ poſtea conſecrata ſunt, propoſuiſſe, ad quod poſtmodum congregati aduerſus aliorum iniurias ſe tuebantur: non erant igitur omnes pariter vegeti, ſed debiliores opprimebantur a potentioribus, ac in eorum eſcam horrendo more vertebantur. Quid facta rerum diui-

1. *Rer antiq. l.2.c.4.*

diuiſione, & inſtitutis ciuitatibus, diſceſſum ab antiqua ſimplicitate, & eximia charitate ſomniant aduerſarij? Dicant verius, non ab ætate aurea ad peiorem homines declinaſſe, ſed a crudeliſſima anarchia ad concordiam, ac politiam, conſulto, & neceſſario tranſijſſe. Tantum autem abeſt, vt Saturni ſeculum aureum fuerit, veluti mentiuntur Poëtæ, vt potius ferreum potuerit
1. Ibid. lib. 6. c. 15. appellari. [1] Iupiter ſiquidem Saturnides, cum primum ſceptrum arripuit, iuſtitiam docuit mutuo ſeruari inter mortales, omni vi atque iniuria remotis; lites inſuper, ac contentiones iuditio auferens, ſingula, quæ ad bene viuendum, ac pacem pertinerent, ſumma ope procurauit; bonos præterea ad virtutẽ exhortatus, improbos timore, & pœna coërcuit, omnemq; fere orbem circumiens, bello impijs, ac prædonibus indicto,
2. Lib. 10. æquitatem ac leges introduxit. Melius ſane [2] Lucretius philoſophatur, quam cæteri Poëtæ comminiſcantur. Is enim, enumeratis incommodis, quibus primi homines vexabantur, infert oportuiſſe eam viuendi rationem cum meliore commutari:

Aut genus humanũ iam tum foret omne peremptum,
Nec potuiſſet adhuc perducere ſecla propago.

Ac certe ſi ab initio orbis conditi erat inter homines iſta communio, vero ſimilius eſt inquietam potius, ac barbarie efferatam, belluarum more, illos tunc temporis duxiſſe vitam, quam

adeo

Digitized by Google

adeo beatam, vt fingunt. Adſunt in America huius adhuc communionis veſtigia. Quid? Beatitate ne fruüntur iſta commentitia? laborioſiſſimam ducunt vitam, feras diu, noctuq; per montes, per nemora perſequuntur, ſeipſos inuicem laniant, deuorantque. Non igitur huiuſmodi hominum genus, quod in adeo efferata viuat barbarie, merito aureum appellatur, cum aureum hominum genus intelligatur non iſtud efferum, ac inhumanum, [1] ſed bonum atque præclarum, quod prudentia, ſapientiaque regatur: & fortaſſe magis appoſite [2] Propertius ſuum eſſe ſeculũ aureum contẽdebat, non illud commentitium.

Aurea nunc vere ſunt ſecula, plurimus auro
Venit honos, auro conciliatur amor.
Auro pulſa fides, auro venalia iura,
Aurum lex ſequitur, mox ſine lege pudor.

Veruntamen nimis profana ſunt hæc, atque Ethniciſmum ſapiunt, neque apud Chriſtianos viros vllius debent eſſe momenti, qui ex ipſius Sancti Spiritus oraculis, in ſacra pagina, de primorum hominum vita veritatem haurimus, vbi nulla de aureo hoc ſeculo, aut de hac decantata communione fit mentio, ſed ſtatim apparet inducta proprietas; neque aliam conſtat fuiſſe communionem, quam in terreſtri Paradiſo inter virum, & vxorem, quibus [3] Deus cuncta donauerat; cum autem illos, ob præuaricationem, de [4] Paradiſo eiecit Omnipotens, [5] ſtatim do-

1. *Plato in Cratylo.*
2. *Lib.3. & Ouid. de art. aman. lib.2.*
3. *Geneſ.1.*
4. *Ibid.3.*
5. *Gl. in c. Ius naturale. diſt.1.*

dominiorum diuiſionẽ indixit. *In ſudore vultus tui* (verba ſunt Supremi Numinis ad Adamum) *veſceris pane tuo.* Ecce introductam iam proprietatem duobus tantum extantibus hominibus. [1] Natis poſtmodum Caimo, & Abele, factoque illo agricola, hoc paſtore, cum vterque Deo ſacrificaret, obtulit ille de fructibus terræ, hic de primogenitis gregis ſui & adipibus eorum, Cain ſcilicet de fructibus, quos e ſua cultura collegerat, Abel vero de fœtu ouium, quem e ſua paſtione quæſierat: *Et reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius; ad Cain autem, & eius munera non reſpexit.* Quid clarius eſſe poteſt, quam bona horum fratrum non fuiſſe communia? Agnoſcit hanc inter ipſos dominiorum, ſeu, vt ipſe appellat, proprietatis diſtinctionem. [2] Hugo Grotius, quamuis inter primos homines rerum communionem fuiſſe contendat. Sed vt ad rem redeamus, Cain [3] Abeli iratus, qui apud Deum maiorem gratiam inueniſſet, ipſum interfecit; [4] qua de cauſa profugus, ac maledictus a Deo primum terram Eden occupauit, [5] terminos primus poſuit, & muris, valliſq; illam muniuit, [6] eoque ſuos domeſticos coëgit conuenire; mox auaritiæ deditus, cum humanum genus ſuccreuiſſet, viatores aggredi, latrocinijs vacare, prædam facere, rapere, cædibus cuncta miſcere: vnde domum peculio, ac ſupellectili, his malis artibus parta, auxit repleuitque. Vt autem tutius ageret,

turres

1. Geneſ. 4.

2. De Iur. bel. l. 2. c. 2. n. 2.

3. Geneſ. 4.

4. Ibid.

5. Ioſeph antiq. Iudaic. lib. 1. c. 4.

6. Ibidem, & Cõſt. Manaſſ. in annal.

Digitized by Google

turres, munitioneſque excogitauit, quibus vallauit locũ, in quo fixerat ſedes, ſuos pariter ad latrocinia, prædas, & cædes inuitans. Hinc adinuentis ponderibus, ac menſuris, caute docuit cõmercia, & negotiationes exerceri, quæ ſyncere prius, & magna cum ſimplicitate tractabantur. Adhuc autem viuente Adamo contigit Caimi ſobolem per ſucceſſionem eſſe nequiſſimam, ex qua ij, qui apti erant ad bellum, ad latrocinia prædaſque properabant; ſi quis autem eorum ſegnis ad fundendum ſanguinem eſſet, is contumelioſe, & auare alijs rebus peſſimis imminebat: quare factum eſt, vt inter Adami, & Caimi filios non modo nulla eſſet cõmunio, ſed neque commercium. Hæc ſunt primorum hominum tempora, non ex Poëtarum fabulis, ſed ex ipſa veritate deprompta. Vbinam igitur ab aduerſarijs iactata communio? latrocinia, prædæ, menſuræ, pondera, in rerum communione non ſunt, in qua nemini quicquam deeſt, in qua omnes æque ſunt diuites.

Ἀλλ' οὐδ' ἔσαι πρῶτον ἁπάντων οὐδεὶς οὐδ' ἀνδραποδίσης
Κατὰ τὸν λόγον, ὃν σὺ λέγεις δήπου. τίς γὰρ πλουτῶν ἐθελήσει
Κινδυνεύων περὶ τῆς ψυχῆς τῆς αὑτοῦ τοῦτο ποιῆσαι;

Sed erit primum omnium nullus latro
Secundum ſermonem quem dicis. quis enim diues volet
Periclitans circa ſuam animam hoc facere?

[1] Ait Comicus: neque poſt diluuium ad eam de- [1. *Ariſtoph. in Pluto.*]

 clina-

1. *Geneſ. 9.* clinatum eſt: cum [1] namque Deus Noacho, eiuſque filijs terram, ac mare donauiſſet, [2] ſtatim introducta eſt proprietas, & factus eſt Chanaan Chami filius, ex ſententia Aui ſui Noachi, ſeruus ſeruorum fratrum ſuorum, & CCCLX. annis, quos vixit poſt diluuium Noachus, ſub ipſo patrefamilias homines omnes vixere. Eo autem defuncto, [3] diuiſa ex ipſius teſtamento ſunt cuncta, ſicque dominium, ſeu, vt malunt, proprietas, non ex occupatione, ſed ex diuiſione traxit originem. Iniuriam itaque faciunt humano generi aduerſarij, cum illud, belluarum more, ſylueſtrem, agreſtemque vitam in rerum non communione, ſed confuſione, inter rixas, cædeſque vixiſſe aſſeuerant; vbi conſtat illud peculiari dono, ac priuilegio Dei, ratione fuiſſe dotatum, qua quiſque ſua dignoſceret, & ſub primo patrefamilias Adamo, ac deinceps ſub Noacho, legibus hominum more, non inſtinctu belluarum regeretur, & his defunctis, ſecundum rerum ab ipſis factam diuiſionem gubernaretur. Neque enim vero eſt ſimile, Adamum, [4] quem ſapientiſſimum Deus creauerat ad imaginem, & ſimilitudinem ſui, materiam rixarum rerum cōmunionem reliquiſſe, vt neque [5] Noachum, quem ipſe Deus iuſtum, ac perfectum cenſuit. Non tamen ideo quod dominium, ac proprietatem ex diuiſione originem traxiſſe diximus, omnino occupationem condemnamus. Nam tametſi

2. *Ibid.*

3. *Ibid. c. 10. & 11. Ioſeph. d. l. 1. c. 8. Cedrenus, Euſebius, alij.*

4. *Geneſ. 1.*

5. *Ibid. 6.*

Digitized by Google

tametſi [1] Caimus paternam hereditatem, vt fratricida amiſerat, nihilominus non eſt ideo vetitus a Deo terram ſibi occupare, & habitare, quæ tamen Adami erat ex diuina donatione, ſicque terram Eden ex occupatione poſſedit. Iura autem ac teſtimonia, quæ cuncta iure naturæ eſſe communia profitentur, ita ſunt intelligenda, vt dicant, cuncta non magis ad huius, quam ad illius vſum ſuapte natura eſſe creata: quod etiam intelligit [2] Cicero, cũ ait, *Nulla priuata eſſe natura*. Deus ſcilicet (nam quid aliud eſt ipſa natura?) omnia Adamo & Euæ, toti videlicet humano generi donauit. Erant igitur humano generi communia, ſed deinceps [3] ſtatim iure humano introducta ſunt dominia priuata, vt vſui, quæ creata fuerant, accommodarẽtur, futura alioquin inutilia, humanoque generi pernicioſa, ſi communia remanſiſſent. [4] Rerum namque communio diſcordiarum, & rixarum mater eſt, habetque rerum gerendarum difficultatem. Naturale inſuper cuique vitium ineſt, id negligere, quod communiter poſſidetur, atque arbitrari ſe id non habere, quod totum non habet, ideoque ſuam corrumpi partem quiſque patitur, dum inuidet alienæ. Nemo itaque hominum terram coluiſſet, araſſet, ſeuiſſet, ſi ſuum non ſibi laborem, ſed alijs profuturum fuiſſet arbitratus. [5] Quæ cognouit pater gentium Abraham, cum a Nepote Lot ſeceſſit, vt dirimeret

lites,

1. *Ibid.* 2.

2. *Offic.* 1.

3. *Cap. quo iure.* 8. *diſt.*

4. *Petr. Greg. Tholoſ. ſynt. Iur. l.* 1. *c.* 14. *n.* 11.

5. *Geneſ* 13.

Digitized by Google

lites, quæ inter vtriuſque familias quotidie propter rerum communionem oriebantur. [1] Aut communia dicamus eſſe, non quod omnibus promiſcue pateant, ſed quod amicis ſint communicanda, vt verum ſit illud, πάντα φίλων κοίνα, non quod natura præcipiat cum eo tibi eſſe bona communicanda, qui te inuadit, & quem tibi eiuſdem naturæ ius hoſtem facit. Atque ita omnino ea iura ſunt nterpretanda, ne repugnent ijs, quæ cum legitimam filijs debitam eſſe iure naturæ aſſeuerent, rerum dominia, ac proprietatem agnoſcunt eſſe de iure naturæ. Nunquam igitur fuit iſta rerum communio, ſed a natura omnia ita comparata ſunt, vt propter charitatem, ac mutuam inter homines amicitiā,

Præſtaret cunctis communia cuncta videri.

Non eſſe, vt cautius inquit ille, ne ea incommoda, quæ ſupra attulimus, conſequerentur, & [2] quæ ſcimus eueniſſe in peſſima ſuperioris ſeculi Anabaptiſtarum hæreſi, qui rerum inducta communione, Germaniam totam conturbarunt, ipſique, patratis ſexcentis horrendis facinoribus, miſere perierunt. Neque fortuito ſunt ciuitates inſtitutæ, vt ariolantur aduerſarij, ſed Adami poſteri, vt cuiuſque ſuccreſcebat familia, in varias regiones ſecedentes, electis ſedibus, ſuas familias regebant, quæ poſtmodum, cōditis mœnibus oppida, ciuitateſque ſunt factæ; quod & idem a Noachidis actum fuiſſe par eſt. Sic ne le-

1. *Cap. ſicut. diſt. 47. c. duo 12. q. 1. l. 2. §. cum in eadem. in fin. ff. ad l. Rhod. de iact. gl. in c. Ius naturale. diſt. 1. in verb. communis omnium.*

2. *S. de ſtat. relig. imp. Carol. V. lib. 6. & 10.*

Digitized by Google

leges, ſocietatem, charitatem, amicitiam inter homines euertamus, rerum communionem abrogemus neceſſe eſt. Quæ autem a Poëtis de aurea ætate ſunt conficta, non ita ſunt intelligenda, vt exiſtimemus *nihil omnino tunc fuiſſe priuati, ſed more poëtico figurata, vt intelligamus, tam liberales fuiſſe homines, vt natas ſibi fruges non includerent, nec ſolis abſconditis incubarent, ſed pauperes ad communionem proprij laboris admitterent*; vt ait [1] Lactantius. Hæc autem ideo ab ijs inuoluta fabulis ſunt, quod omnia, quæ aliquid ponderis haberent, olim hoc more traderentur, vt inſipientibus minime paterent, prudētibus proficerent, vt habet [2] Salluſtius Philoſophus, quem nobis nuperrime erudititiſſimus vir Leo Allatius e tenebris eruit, & Latio donauit.

1. *Diuin. Inſt. lib. 5. c. 5.*

2. *De Dijs, & mundo. c. 3. & 4.*

Confutantur argumenta, quibus dominium maris impugnatur.

CAP. XI.

SED fuerit ſeculum hoc aureum, incultum, impolitum: fuerint cuncta communia: homines, vt belluæ, vixerint confuſe, inhumaniter, inculte, ad rerum tandem diuiſionem ventum eſt, & quidem iure, vt ipſi concedunt aduerſarij. Mirum, quod hanc rerum diuiſionem non arguant, non condemnent, & ſeculum illud noſtris hiſce temporibus,

Digitized by Google

ribus, cum Dominiorum, ac Imperiorum euerſione non præoptent. Cætera, inquiunt, ſunt diuiſa, occupata, dominum agnoſcunt: mare non item. O mare ingenuum! O mare beatum! Homo creaturarum perfectiſſimus, Dei referens imaginem, dominium patitur, aſtra ſapienti obediunt, mare non ſeruit! quantum nimirum eſt huiuſmodi priuilegium! atqui, vt puto in ipſius vndis, & arena deſcriptum eſt: Aiunt itaque aduerſarij, ea quæ occupari nequeunt iuxta præſcriptas occupationis leges, aut nunquam occupata ſunt, nullius eſſe poſſunt. Mare non poteſt occupari, & nunquam occupatum fuit: ergo nullius eſſe poteſt. Hæc eſt argumentorum ſumma, quibus ab aduerſarijs maris dominium oppugnatur. Falſum igitur primum eſt, quod ponunt, proprietatem omnem ab occupatione cœpiſſe; nam poſt diluuium, vt oſtendimus, proprietas, & priuata dominia a diuiſione Noachidarum duxerunt originem. Sed demus hoc, concedamuſque inſuper ea, quæ iuxta ab ijs aſſignatas occupationis leges occupari nequeunt, nullius propria eſſe poſſe; ridiculum ſane eſt, quod aſſerunt, ea quæ nunquam occupata ſunt, in nullius proprietatem poſſe tranſire. Nouum nempe ius ſtatuunt. Ceruus, Caprea, Inſula in mari nata nunquam occupata fuere: nullius ideo fieri poſſunt. Belle quidem ac erudite. Occupatio cum maioribus noſtris vixit, cum ijs

ex-

expirauit, nos tanto priuilegio ſumus deſtituti. Mare, inquiunt, occupari non poteſt. Et cur? quia iure naturali commune eſt omnium, & iuri naturali derogari non poteſt. Quia nunquam ipſius eſt facta diuiſio, nam maiori ex parte erat incognitum, quando res diuiſæ ſunt; neque expedijt illud diuidere, cum omnibus ad vſum promiſcue ſufficeret. Quia omnino diuidi, & occupari non poteſt, propter ipſius diffluentem, ac fluxam naturam. Quod vltimo loco allatum eſt, conuerſo ordine primum confutabimus, vt ad alia gradum faciamus. Maris itaque natura, quoniam fluxa, & diffluens eſt, inſtructioni, & limitationi, ideoque occupationi repugnat. Quid, amabo, ſtabile eſt in hac mundanarum rerum viciſſitudine? ὁ κόσμος σκηνὴ, ὁ βίος πάροδος, ἦλθες, ἴδες, ἀπῆλθες. *Mundus totus ſcena eſt, vita tranſitus, veniſti, vidiſti, abijſti*, ait Democrates, cuius ſententias nobis nuper edidit doctiſſimus Lucas Holſtenius. *Nemo eſt mane, qui fuit pridie*, inquit [1] Seneca, *corpora noſtra rapiuntur fluminum more: quidquid vides currit cum tempore, nihil ex his, quæ videmus manet. Ego ipſe, dum loquor mutari iſta, mutatus ſum:* omnia fluunt, omnia labuntur, nullius itaque rei erit dominium; Atqui, vt propius accedamus, fluminum, aërisque natura fluxa non minus eſt, & diffluens quam maris; flumina ſiquidem perpetuo fluunt, & eædem ſunt aquæ, [2] (quare & fluuij a perpe-

1 Epiſt. 58.

2 Iſidor. Etymol. l. 13. c. 21

tim fluendo appellantur) vt ad ipſa relatum mare,[1] immobile, & quædam quaſi palus videatur. Quis neget, quod in confeſſo omnibus eſt,[2] flumina in proprietatem poſſe tranſire? & cum reuera[3] mare ſimile ſit fluminibus, imo[4] nihil aliud ſit, quam fluminum, aquarumque congregatio, ac maximum flumen, ſeu palus: cur diuerſam a cæteris aquis debet habere naturam? Anne quæ dum fluunt ſeruiunt flumina, cum in mari quieſcunt, fugitiua quodammodo, quaſi ad aſylum profugerint, ſeruitute liberantur? atqui dicunt, flumina ideo in proprietatem tranſijſſe, quod non ipſa, ſed ipſorum aluei priuatorum ſint. Cur & maris alueus alicuius eſſe non poteſt, in quo fixos, ſtabileſque terminos figere, ideoque illum limitare, & occupare queunt vrinatores?[5] quod mare occupauit fit publicũ, item quod flumẽ;[6] quod ſi flumen recedat, fundus ad priorẽ dominum redit: quidni & fundus maris? Aëris autem naturam fluxam magis eſſe, quam maris nemo dubitat, &[7] Socrates eũ ideo aërem appellari autumat, quod ἀεὶ ῥεῖ, id eſt ſemper fluat:[8] aqua vero, mareque aëre minus eſt mobile: ſed aëris dominium negatur a nemine, & recepta paſſim ſunt iura ſeruitutis altius tollẽdi, vel nõ tollẽdi, luminis, proſpectus, aliaq; id genus, quæ aëris dominium important:[9] præterea dominus ſoli, dominus eſt vſque ad cœlum, totumque intermedium aërem ita poſſidet, vt in eius

ſit

1. *Strab. l. 1. Euſtath. ad Iliad. γ. Senec. Suaſor. 1*
2. *L. 1. §. 4. ff. de flum. l. 7 ff. de diuerſ. temp. præſcr. l. 45. ff de vſuc. Capol. de ſeru. ruſt. præd. c. 31.*
3. *Eſdr. lib. 2. c. 7.*
4. *Geneſ. 1.*
5. *L. Ariſto ait. ff. ne quid in loc. pub.*
6. *L. vnic. §. ſimili modo. ff. de flum.*
7. *Apud Platon. in Cratylo.*
8. *Apud eundẽ in Timæo.*
9. *L. altius. C. de ſeruit. & aqua, & ibi gl. in ver. prohibetur. l. fin. §. p. nul. ff. de ſeruit. l. fin. §. penul. ff. quod vi aut clã. l. domũ. ff de reg. Iur. DD. communiter.*

ſit poteſtate in eo quidlibet facere. Cum inſuper ex fœtore corrumpatur aër,[1] valet pactum, ne prope meas ædes quis poſſit lanienam extruere, eiuſque fœtore aërem inficere, inducitque hoc pactum perpetuam ſeruitutem, quæ tranſit ad extraneum ſucceſſorem, cum cauſa ſit perpetua, & ſucceſſiua: quare de aëre, tanquam de re, quæ in commercio ſit, poſſumus paciſci.[2] Ac non ita pridem cum Romæ Demophoon Ferrinus ædes eſſet extructurus, qua Ieſuitarum Seminarium, quod appellant, ad Boream ſpectat, negotium illi faceſſerunt Ieſuitæ, quaſi Boreæ flatum, in Vrbe ſaluberrimum, ſibi illo ædificio Ferrinus eſſet ademptùrus, quaſique ventum præſcripſiſſent, vt non modo aëris, ſed ipſius venti, quo nihil fluxius, ac mobilius, poſſet eſſe dominium. Veruntamen flumen ripis, aër proſpectu, lumine terminatur, mare non terminatur, nec limites patitur. Vaſtiſſimæ ſcilicet Libyæ ſolitudines, in quibus ventorum procellæ arenarum fluctibus limites obruunt adeo, vt limitationem, quam optant aduerſarij, non admittant, nullius poterunt ſubeſſe dominio; & Ægyptiorum fundi, quorum terminos inundatio Nili non ſinit eſſe perpetuos, ſtabileſque, ideo non poterunt in alicuius proprietatem tranſire. Sed concedamus tantiſper, quæ limitari non poſſunt, neque etiam poſſe occupari; nauticam ſi non ignorant, certe diſſimulant aduerſarij, cum aiunt mare termi-

1. *Ancharan. conſ. 262. Præmittendũ eſt.*

2. *Extant in hac cauſa deciſiones Sac. Rotæ Romanæ coram Pirouano, ac Buratto apud Fenzon. ad ſtatuta Vrbis, ad cap. de ſeruitute proſpectus pag. mihi 216. & ſeqq.*

nari non poſſe. Ecquis eſt nauta tam hebes ingenio, qui tametſi alto feratur pelago, Pyxidis nauticæ, Aſtrolabij, & Hydrographicæ tabulæ adiumento, locum, in quo verſetur, quorſum tendat, quantum a terra diſtet, ignoret? Ecquis Coſmographorum neſcit Æquatorem, quem Æquinoctialem appellamus lineam, Tropicos Cancri, & Capricorni, circulos Arcticum, & Antarcticũ, tot deinceps Meridianos, ac paralellos, aliosq; circulos, ac diuiſiones, per longitudinẽ, ac latitudinem nõ minus mare, quam tellurem diſtinguere, ac limitare? [1] Poſuit Deus omnipotens terminos maris, illudque ijſdem circumdedit; & Geographi in ſuis tabulis non minus mare, quam terras diſtinguunt, ac denominant: quare certos fixoſque terminos mare agnoſcit, & ſi vltra Æquatorem maris dominus nauigari prohibuerit, iam ſcient nautæ quouſque curſum tenere liceat. [2] Sic Alexander VI. Pont. Max. ad tollendas diſcordias inter Caſtellanos, & Luſitanos, ficta linea a polo Arctico ad Antarcticum, diſtante ab Inſulis Gorgonibus centum leucis Occidentem, & Meridiem verſus, nauigationis modum vtriſque præſcripſit. [3] Tropicus item Cancri, & Æquator in mari fuere termini, quibus finiri voluere aliqui inducias inter Regem Catholicum, & Hollandos anno CIↃIↃCVIII. contrahendas: [4] & in fœdere inter eundem, ac Regem magnæ Britanniæ Æquator in mari terminus

1. *Iob c. 38. 10 Prouerb. 8. 29*

2. *Conſt. t. 2. §. 3.*

3. *Eman. Meteran. rer. Belgic. l. 28.*

4. *Anni 1630 art. 2.*

Digitized by Google

minus eſt conſtitutus; Neque adeo inuſitatum eſt hoc terminorum genus, cum etiam in terra habeatur in vſu, veluti ex prædicta Pont. Max. conſtitutione patet, in qua terræ potiſſimum diuiduntur per fictam illam lineam, & in colonijs ex Europa in Americam æuo noſtro deductis, longitudinis, & latitudinis gradus ſunt poſſeſſoribus termini conſtituti. Sed [1] & apud Agrimenſores receptiſſimum eſt hoc terminorum genus, qui ad agros diſterminandos, fineſque dignoſcendos, lineas etiam confingunt. Non tamen omnino ſemper terminos iſtos maritimos petere oportet e cœlo; ſinuoſis flexibus ſe inuicem terra, mareque amplexantur, illaque promontorijs, ſcopulis, montibus, inſulis huic terminos, limiteſq; præfigit. Nam tametſi Oceanum telluri, quaſi cingulum obduci non negemus, & eſſe πάσης φύσεως περίδρομον, οἰκουμένης κάτοχον, *vniuerſæ naturæ ambitum orbis faſciam*,[2] vt ille habet, quodque aduerſarij contendunt, libenter concedamus; ab illo tamen ipſa non ita continetur,[3] quin illum quoque contineat, neque inter ſe adeo ſeiunguntur, quin viciſſim tum ſubeant, tum abſcedant. Et quamuis orbis terreſtris pars maior aquis obtegatur,[4] nihilominus totius aquæ elementum, ſi cum tellure conferatur, minimam ad ipſam habet rationem, ac tellure, quaſi vaſe quodam continetur, vt ſubtiliſſime vir doctiſſimus demonſtrauit. Poſſunt itaque

1. *Iul. Front. de limitibus agrorum.*

2. *Secũdus Philoſophus ex edit. Lucæ Holſtenij.*

3. *Scalig. ad Cardan. de ſubtil. exercit. 17.*

4. *Ibid. exercit. 38.*

Digitized by Google

que a ſcopulis, promontorijs, montibus, inſulis facillime maris termini præfiniri. Sic montibus Hebræi Iſraeliticum mare cōcludunt: Pulchrum promontorium nauigationis terminus Romanis fuit: Cyaneæ, & Chelidoniæ Perſis: Sarpedon, & Calycadnus Antiocho Syriæ Regi. Sed quid tot exemplis eſt opus?[1] Nonne receptum eſt, in mari eſſe diſtrictum, & territorium?[2] Nonne in mari ſunt regna diſtincta, vt in terris?[3] Nonne & pro maris finibus, finium regundorum agi poteſt? Nonne aduerſariorum Anteſignanus ad diſtinguendam iuriſdictionem, terminos in mari[4] fatetur poſſe pręfigi? Quodnam habet iuriſdictio priuilegium, vt eius gratia terminetur mare, dominij cauſa non terminetur? Diuus autem Ambroſius cum, Geometram ſe audiuiſſe dicit, Thalaſſometram nunquam, verborum potius quandam alluſionem facere videtur, quā vocabulum ignoraſſe; non enim cenſendus eſt vir doctiſſimus æque, ac ſanctiſſimus neſciuiſſe, quæ Geometræ de ſua ſcientia iactant,[5] quam non modo terreſtrium viarum menſuram inueniſſe dicunt, ſed maritimarum etiam, quarum gratia[6] θαλασσοδομίτερ, inſtrumenta ſcilicet quibus menſura viæ maritimæ indagetur, fuerunt excogitata. Concludemus itaque, vt huic parti imponamus finem, quamuis mare per ſe non terminetur vt liquidum, facile tamen[7] extrinſecus terminari a ſcopulis, promontorijs, montibus,

1. *Bald. cum alijs laudatis ſupra c. 7.*
2. *Laudati ibid.*
3. *Hieron. de Mont. de fin. regun. c. 39 Bald. cū alijs ab eo laudat.*
4. *Hug. Grot. de Mar. lib. c. 5.*
5. *Procl. in Euclid. c. 3.*
6. *Io. Tzetzes Chiliad 13. c. 457.*
7. *Ariſt. 4. Phyſic. text. 68. & 8. text. 82. & 3. de Cœlo tex. 67.*

bus, inſuliſque: ac ſi altũ tenere velimus, gradibus, longitudinis, ac latitudinis, cæteriſq; circulis, qui ad cõmoditatẽ Nauticæ, & Coſmographicæ ſunt inuenti, ideoq; illud occupari, & in eo dominia poſſe diſtingui, ac terminari; neque his obſtare eius fluxam naturam, cum eadem non faciat, quin flumina, & aër, fluxa magis quam mare, dominio ſubijciantur. Videamus porro, an plus virium inſit alijs argumentis. Maris, ſubdunt, nunquam eſt facta diuiſio, & nunquam fuit occupatum. Quale nempe portentum! nobis os ſublinunt, & fucum faciunt, quod eſt luce meridiana clarius, huic tenebras obducere nitentes. Minos, Athenienſes, Lacedæmonij, Ægyptij, cæterique, quos retulimus, mare occuparunt. Pontifices, Cæſares, Galliarum, Hiſpaniarum Reges, alijque illud poſſident: inquiunt aduerſarij nunquam fuiſſe occupatum? Vnde petulans hæc impudentia? Ecquibus ſe imponere arbitrantur? increpatione potius eget hæc petulantia, quam confutatione; videamus nihilominus vnde hoc ariolentur. Non fuit, inquiunt, mare occupatum, & diuiſum, quoniam cum rerum diuiſio eſt facta, mare maiori ex parte erat incognitum. Friuolum ſane argumentum, & nugatorium. Anne poſt factam primum rerum diuiſionem, quæ detectæ ſunt regiones, in mari natæ ſunt inſulæ, in ſyluis feræ, ideo quod tunc eſſent incognitæ, occupari non poſſunt? non

expe-

Digitized by Google

expedijt, inquiunt, mare diuidere, & occupare; quoniam promiſcue ad omnium vſum ſufficit, & ea quæ huiuſmodi ſunt, in quibus ſine detrimento alteri commodari poteſt, ſemper debent eſſe communia: A iuris quæſtione ad quæſtionem æquitatis, & charitatis declinant. Quid ſi viridarium meum, meæ pictæ tabulæ omnibus ad viſum, abſque meo detrimento, exponi poſſunt, omniumque oculos delectare, mihi ideo ſunt ſemper exponendæ, & earum dominus eſſe non poſſum? Candela, ignis meus multis promiſcue commodari poſſunt abſque meo detrimento, mei tamen ideo eſſe non deſinent. Sed falſum eſt maris dominum ex nauigatione, & piſcatu aliorum, non ſentire detrimentum. Nauigatio namque exterorum ijs, qui mare accolunt, vtilitatem & commodum minuit, qui fortaſſe id mercaturæ genus exercerent, quod exteri exercent; præterea cum tueri, ac defendere nauigationem maris dominus teneatur, illamque breuium ſignis, ac luminibus appoſitis adiuuare, vt infra dicemus, hoc ſuccreſcit impendium, ſi mare ab exteris frequentetur. In piſcatu clarius elucet incõmodum; nam ſi exteri piſcẽtur in mari, ſeu piſces, ſeu margaritas, ſeu coralia, ſeu ſimile quippiam, mare piſcibus redditur infrequentius; alijſq; facile exhauritur. Quid ſi quis per mare alterius regno propinquum, ad eiuſdem regni hoſtes merces, apparatus, arma ferat? Nonne hoc

illi

illi regno iſtud affert damnũ? igitur & interdici poteſt & debet. Atqui quo iure hoc fieri poſſe aduerſarij dicent (non enim negabunt fieri, & poſſe, & debere) ſi maris communionem velint defendere? cognoſcunt argumenti vitium. Poſuerunt itaque, mare iure naturæ eſſe omnium commune, & cum ius naturale ſit immutabile; ideo ex illa communione mare abſcedere non potuiſſe. Demus, mare iure naturali eſſe commune. Nonne omnia hoc iure communia faciunt? Quis neget nihil deinceps fuiſſe occupatum: nihil in proprietatem tranſijſſe? iura quidem naturalia immutabilia eſſe concedimus, cum rectum ſit in communi, quod naturalis lex præcipit: [1] mutari tamen poſſunt particulatim propter aliquas præcipuas cauſas, quæ impediunt, quo minus obſeruentur, vel quia mutatis rebus, circa quas verſantur, deficit neceſſitas conſequentiarum, per quas præcepta ex iure naturæ deducuntur; quo pacto magis ex parte rerum, quam ex parte ipſius iuris contingit mutatio, per quam rerum dominia, quamuis illæ omnes iure naturali eſſent communes, ſunt introducta; [2] Neque contra ius naturale eſt dominiorum diſtinctio, ſed præter, ſi ius naturale intelligamus id, quod omnibus animalibus eſt commune: [3] At ſi illud intelligamus, quod ſolis hominibus accommodatur, ius ſcilicet gentium, diſtinctio, & occupatio dominiorum proculdubio eſt ſecundum

1. D. Thom. 1. 1. q 98. art. 1. ad 3. late Pinell. in rubr. C. de reſcind. vendit. par. 1. c. 1. per tot. Couarr. in regul. peccatũ p. 2. §. 11. a n. 2 Barboſ. Collectan. in c. Ius naturale, diſtinct. 1. n. 15.

2. Pac. de mari Adriat.

3. L. ex hoc Iure. ff de Iuſt. & Iur. §. ius autem gentiũ Inſt. de Iur. nat.

ius naturale. Quin prætcrea ipſi aduerſarij non vbique iure naturæ mare commune eſſe contendunt,[1] ſed alicubi ex gentium inſtituto prouenire fatentur, vt illud, quaſi præter ipſius naturam, commune ſit, quo inſtituto abrogato, mare ad propriam naturam redire potuit, & occupari; Atque in ſumma, cum dominiorum diſtinctio ad tollendas diſcordias inuenta ſit, vt vel ipſi aduerſarij minime diffitentur, mare ſine domino remanere non potuit, cuius quam horribilis eſſet communio, conijci poteſt ex ijs, quæ eueniſſe ante Minois in Græcia maritimum dominium narrat[2] Thucidides, cum mare nullius vſus redditum fuiſſet a piratis, qui nauigationem cunctis faciebant infeſtam; ita vt non modo expedierit mare occupari, ſed fuerit omnino neceſſarium.

1. Grot. de Iur. bell. lib. 2. c. 3. n. 10.
2. Lib. 1.

Maris dominium non officere libertati commerciorum, & poſſe præſcribi.

CAP. XII.

VERVNTAMEN maximum nobis ab hoc maritimo dominio aduerſarij minantur incommodum. Libertatem, inquiunt, commerciorum tollit iure gentium ſacroſanctam, & mare in ſeruitutem redigit. Non dominum maris arguunt, ſed piratas; dominus namque maris, non modo libertatem commercio-

cio-

ciorum non tollit, ſed illam adauget, pelagus a prædonibus reddens ſecurum, nauigationemq; faciliorem, poſitis breuium ſignis, ac luminibus, quibus nautæ tutius dirigant curſum: iiſque commodis vectigalia, quæ a domino maris exiguntur, compenſantur. Quod ſi nauigationem omnino interdicat, non magis faciet iniuriam dominus maris, quam ſi per vias publicas in ſua ditione iter denegaret. Vt itaque non officiunt cõmerciorum libertati vectigalia, quæ terreſtribus itineribus imponũtur, ita neque ea quę nauigationi imponentur, officient. Non tamen ideo Principem dominũ eſſe viarũ negabimus, quod ipſius in illis dominium deroget libertati commerciorum. Libertas inſuper hæc commerciorum, cuius adeo religioſi ſunt aduerſarij, non eſt abſque vllo omnino delectu admittenda: ſed cauendum imprimis eſt, ne Reſp. inde quid capiat detrimenti;[1] neque omnium temere admittendum eſt commercium, ſed proſpiciendum legibus, quos expediat admittere, vel arcere.[2] Ac maritimi iſti negotiatores, præſertim (quos Plato *æſtiuos peregrinatores* appellat) qui acquirendæ pecuniæ gratia ad alias deuolant ciuitates, cauendi ſunt, ne ſuis moribus noſtros corrumpãt. Non eſt igitur tantum commerciorum libertati indulgendum, vt illorum licentia noſtræ officiat libertati. Religioſiſſimi huius inſtituti obſeruatores ſunt Sinenſes, & Moſcouitæ, qui niſi

1. *Ariſtot.* 7. *Politic.c.6.*

2. *Plato de legib.12.*

Digitized by Google

ad deſtinatos portus naues appellere exteros non permittunt, eoſque penetrare in mediterranea minime patiuntur: & Galli præternauigantium naues viſitant, inquiruntque, an merces non permiſſas deferant: vti etiam Hiſpani nauigationem ad Indias omnibus exteris interdicunt: cumq; anno CIƆIƆCIX. Hollandis cõceſſiſſent inducias, ijs commerciorum modum præſcripſere. Angli quoque non ſemel tranſitum Borealibus populis ad Hiſpanos denegarunt; & [1] in ſumma in Principis poteſtate eſt, commercium cum exteris vel admittere, vel repudiare, vel limitare. Non tamen contra ius gentium fit; Cum namque genus humanum per indiuidua, Reſp. per ciuitates conſeruetur, nec genus humanum vniuerſum vni Principi obediat; vnuſquiſque Princeps ſibi a Deo traditum populum regere tenetur, in cuius commodum omnia ſunt conuertenda, ideoque vbi libertas commerciorum, illius populi obeſt commoditati, non eſt ita religioſe retinenda. Quid ſi dicamus hanc libertatem commerciorum de iure gentium non eſſe? Non eſt ſane ſuper hoc communis omnium populorum conſenſus, cum illam plerique non admittant. Veruntamen de hoc non eſt prolixius diſputandum, cum tametſi iuriſgentium eſſet, illi nihilominus maris dominium haudquaquã derogaret. Sed nec per maritimum dominium mare in ſeruitutem redigitur, imo ideo liberum

1. L. 2. l. mercatores, & l. final. C. de cõmerc.

eſt,

eſt, quod dominum habeat. [1] Non ſeruiunt populi, aut prouinciæ, quæ domino ſuo parent, ſeruiunt quæ ab extraneis occupantur. Eodem pacto non ſeruit mare, quod a Domino ſuo defenditur, ſed id quod a piratis redditur infeſtum. Reſtat vltimum aduerſariorum argumentum, quo peculiare genus acquiſitionis dominij maritimi impugnant præſcriptionem. Aiunt ſiquidem mare præſcribi non poſſe, quia præſcriptio iuris mere ciuilis eſt. Quid igitur? Non poterit inter eos, qui legibus Romanis vtuntur, mare præſcribi, inter alios conſuetudine, quæ iuriſgentium eſt, ipſius dominium acquiri? Quod autem ſubdunt, ea quæ legis diſpoſitione præſcribi non poſſunt, vt mare, nec per mille annos poſſe præſcribi, facile diluitur ex eo, quod non docent, qua lege maris præſcriptio cōdemnetur. Nos vero contra reperimus, communem & receptam eſſe Iuriſconſultorum ſententiam, [2] mare ex legis diſpoſitione præſcribi poſſe, cum paſſim hunc maritimi dominij acquirendi modum agnoſcāt. Neque valde firmum eſt, quod ponunt, ea quæ legis diſpoſitione præſcribi nequeunt, nunquam præſcribi poſſe; Nam tametſi quæ iuriſgentium ſunt, inter ea cenſeantur, quæ præſcriptionem non admittunt, longiſſimo tamen tempore præſcribuntur. Atque, vt tandem hanc partem abſoluamus, ex ipſorum aduerſariorum conceſſione, maris haberi poſſe dominium concludimus.

Cum

1. L. 5. ff ſi vſufr. petat. l ſi quis duas, §. ſi in vēditione, l. quicquid, ff. cōm. præd. l. altius, C. de ſeruit.

2. L. ſane ſi maris, & ibi gloſ. & DD. ff. de iniur. cū ſupra laudatis, c 7.

Cum namque concedant potuiſſe inter aliquos populos de dominio maritimo conuenire, oſtenderimuſque inter complurimos conueniſſe; intelligitur iam maris introducta proprietas, vt cęterarum rerũ, quas ex ſimili pacto in proprietatem tranſijſſe aſſeuerát; neque aliter poſſet populus aliquis contra cęteros maris imperio reclamare, quam ſi reliquarú quoque rerum dominio reclamaret, & ipſarum communionem expoſceret.

Confutantur teſtimonia Poëtarum ab aduerſarijs allata.

CAP. XIII.

RIDICVLA ſane ſunt, quæ poſt argumentorum claſſem, ex Poëtarum figmentis in re adeo ſeria, ab aduerſarijs afferuntur. Grippus piſcator vidulum expiſcatus fuerat, partemq; eorum, quę in vidulo erát, petebat Trachalio, qui expiſcantẽ Grippum cõſpexerat; alioquin ſe facturũ id palam viduli domino minitabatur, qui illú ſibi vẽdicaret: excipit Grippus.

Ecquem eſſe dices in mari piſcem meum? quos cum capio, ſiquidem
Cepi, mei ſunt, habeo pro meis, nec manibus adſeruntur, neque illinc
Partem quiſque poſtulat, in foro palam omnes vendo pro meis
Venalibus: Mare quidem commune certo'ſt omnibus.

Arripit

Digitized by Google

Arripit illico aduerſarij cõfeſſionem Trachalio, quod mare ſit commune: Non patitur Grippum progredi vlterius, infert.

——————————*adſentio*

Qui minus hunc communem, quæſo, mihi oportet eſ-
ſe vidulum:
In mari inuentu'ſt, commune eſt.

Corripit piſcator ſerui nimis præcipitantem inductionem.

——————————*ne impudenter impudens:*
Nam ſi iſtuc ius ſit, quod memoras, piſcatores per-
ierunt;
Quippe cum extemplo in macellum piſces perlati ſient,
Nemo emat, ſuam quiſque partem piſcium poſcat ſibi,
Dicat in mari communi captos.

Ac paulo poſt declarans, quod poſuerat,

——————*vbi demiſi rete, atque hamum,*
Quidquid hæſit, extraho meum, quod rete, atque
hami mei
Nacti ſunt, meum potiſſimun'ſt.

Haud alia ſane exceptione hanc actionem elideret Minos. Mare quidem commune eſt omnibus: ſed quod meæ tutantur claſſes, quod meis impendijs purgaui, a piratis ſecurum, vtileque nauigationi reddidi, id meum eſt. Illudit hanc potius maris communionem, quam approbet Plautus. At quid ſi etiam errorem Comicus approbaret? præualeret huius ſcurrilis dicacitas vſui, atque conſuetudini, qua ipſi Romani, apud

quos

quos viuebat Plautus, mari imperabant? Ne ſutor vltra crepidam; Scenicus Plautus eſt, & nugator, in foro nulla ipſius eſſe poteſt authoritas, vt neque cæterorum Poëtarum, qui aut fingunt, aut adulantur. Illud autem Virgilij,

Naſcetur pulchra Troianus origine Cæſar,
Imperium Oceano, famam qui temperet aſtris.

Oceanum limitem imperio Cæſaris aſſignat; vltra quem nihil nouerat, quod aſſignare potuiſſet., neque ideo illum eximit ab Imperio? Illa autem Ilionei ad Regem Latinum.

Dijs ſedem exiguam patrijs, lituſque rogamus
Innocuum, & cunctis vndamque, auramque patentem.

Impetrantis potius ſunt, & agnoſcentis Regem quaſi litorum, ac maris Dominum, quam communionem obtendentis: inſulſe namque ille petijſſet, quod commune aſſeueraſſet. Vndas vero, auraſque, ob ipſarum vaſtitatem, cunctis patentes merito appellat, vt etiam apud Ouidium Latona a Lycijs petens, vt extinguere ſitim in lacu ſibi permitterent, merito ait.

Nec ſolem proprium natura, nec aëra fecit,
Nec tenues vndas.

Natura namque fecit alicuius proprium nihil; vt ſupra docuimus, ſed omnia communia. Neque erat Iuris quęſtio inter Latonam, Lycioſque, ſed Charitatis. Haurire aquam e lacu Latona cupiebat, quem haud ſecus, ac flumē in proprie-

tatem

tatem poſſe tranſire, vel ipſi aduerſarij profitentur. Iure itaque a Lycijs, quando lacus erant domini, poterat prohiberi ad illum accedere, ſed hoc ſane obſtabat charitati. Declinant autem, vt hoc addamus, pleraq; ex aduerſariorũ argumentis, a iure ad æquitatem & charitatem, vt hoc eſt, & ſuperius Ilionei, illudque, quod de libertate commerciorum nuper confutauimus; ſed hæc ruſticam tantum, & inurbanam naturã arguunt denegãtium, dominiũ non tangunt. Illud vero,

Omne ſolum forti patria eſt, vt piſcibus æquor.

Libenter admittimus, nos enim Principem maris dominum eſſe dicimus, non ciuem. Sed nimis puerilia ſunt hæc, & nullius momenti, & prolixius vagaremur, quam par ſit, ſi his ſimilia adducere, confutareque velimus. Quid ſi dicerem non mare, ſed terram omnium eſſe communem? Poëtarum opiniones opponunt, audiant Principem Poëtarum.

[1] Τειχθὰ δὲ πάντα δέδασαι, ἕκαστος, δ' ἔμμορε τιμῆς — 1. *Homer. Iliad. O.*
Ἤτοι ἐγὼν ἔλαχον πολιὼ ἅλα ναιέμεν αἰεὶ
Παλλομένων, αΐδης δὲ ἔλαχεν ζόφον ἠερόεντα,
Ζεὺς δ' ἔλαχ' οὐρανὸν εὐρὺν αἰθέρι, ϗ νεφέλῃσι
Γαῖα δ' ἔτι ξυνὴ πάντων, ϗ μακρὸς ὄλυμπος.

—————— ſunt in tres omnia partes
Diuiſa, atque ſuum quiſque eſt ſortitus honorem;
Sit mihi ſorte datum pelagus retinere profundum,
Plutoni obſeſſa æterna caligine Regna,
Atque Ioui æthereas ſedes, & ſidera cæli.

N Com-

Digitized by Google

Communis terra eſt cunctis, & longus Olympus.
Neptuni verba ſunt ad Irim, quibus diuiſionem cum fratribus factam obtendit, ſibique mare, inferos Plutoni, cœlum Ioui ait obtigiſſe; Terram autem omnium remanſiſſe communem. Ego tamen cum aduerſarijs agam ciuilius, & Principi Poëtarum non ita religioſe credam, vt ipſius authoritate fretus contendam, tellurem eſſe communem omnium, dummodo & ipſi ſuis Plauto, Virgilio, Ouidioque mare eſſe commune non credant.

Iuriſconſultorum reſponſa, & Imperatorum reſcripta, quæ ab aduerſarijs afferuntur, inter ſe conciliantur, oſtenditurque illa maritimo dominio minime repugnare.

CAP. XIV.

TRANSEAMVS porro ad ea, quæ aliquid habent ponderis, & grauitatis, cuiuſmodi ſunt iura, quæ ab aduerſarijs afferuntur; quorum quæ Iuriſconſultorum ſunt, tanquam eorum opiniones, vſu abrogata poſſunt cenſeri, ex ijs quæ ſupra attulimus, cum tot populos in vſu habuiſſe maritimum dominium demonſtrauimus. Ac præterea non omnes hi commune faciunt omnium hominum

Digitized by Google

mare, ſed plerique publicum. Vlpianus ſiquidem quod ait, *Mari, quod natura omnibus patet, ſeruitus imponi priuata lege nõ poteſt*, alibi declarat, *mare cõmune omniũ eſt, & litora*; vbi mare in ea ſtatuens communione, qua litora, quæ certiſſimum eſt publica eſſe, ipſum publicum facit, non commune, ideoque omnibus e populo patere aſſeuerat, nec illi priuata lege, contractu ſcilicet, aut pacto, aut ſimilibus, poſſe ſeruitutem imponi: de publica autem lege non loquitur,[1] qua ſeruitus mari imponi poteſt. Hoc idem declarat Ariſto publicum faciens, quod mare occupauit, non commune. Idem faciunt cæteri Iuriſconſulti ab aduerſarijs allati, & Iuſtinianus, qui eiuſdem iuris cenſet mare, quo aquam profluentem, quæ eſt publica. Hæc itaque ipſa iura ſatis declarant, non commune eſſe mare, ſed publicum; vnde & [2] Iuſtinianus de mari agit ſub titulo eorum, quæ publica ſunt. Solus Celſus litora ait eſſe Pop. Romani, at maris communem vſum omnibus hominibus: qui vt ſolus non diluit tot aliorum teſtimonia, præſertim cum ab ipſo Iuſtiniano confutetur,[3] qui maris vſum publicum eſſe voluit, non communem; ſed neque maritimum dominium tangit Celſus, cum ſolum vſum contendat eſſe communem; quod tametſi concederetur, maris nihilominus extare poſſet dominium, vt infra[4] docebimus. Mare itaque publicũ eſſe aſſeuerant Iuriſconſulti, non

1. Stracc. de Mercat tract. de Nauigat. nu.6. Pac. de mari Adriat.

2. ff. ne quid in loc. publ. l.2. & 3.

3. §. litorum Inſtit. de rer. diuiſ.

4. Cap.16. huius libri.

Digitized by Google

commune. Quod ſi communionis vocabulo ſunt vſi, id conſulto, & caute factum eſſe dicendum eſt.[1] Cum mare namque fiat occupantis, ſi publicum dixiſſent, id fieri poſſe negaſſent.[2] Publica enim cum nullius ſint, nullius fieri poſſunt; Communia contra, cum ſint ſingulorum fiunt occupantis.[3] Ad hæc communia maioris ſunt communitatis, quam publica; hæc enim ſolis hominibus patent ad vſum, illa & cæteris animantibus; vnde haud proprie diceretur mare, aërem, aquam profluentem eſſe publica, cum non hominibus ſolum, ſed & cæteris pateant animalibus: Ac vt euidentius res ante oculos proponatur;[4] Mare dupliciter conſiderari poteſt, aut vt aptum eſt ad vſum producendum, quo caſu non ſolum mare,[5] ſed & flumen dicitur commune, quia aptum eſt ad producendum vſum, lauandi nempe, & eiuſmodi, non ſolis hominibus conuenientem, ſed & cęteris animantibus; aut vt ad actum vtendi pertinet, quo caſu dupliciter iterum conſiderari poteſt: nam cõmune dicitur, ſi actus vtendi communis ſit omnibus animantibus, vt lauandi & eiuſmodi. Publicum vero, ſi ille actus ſolis hominibus accommodetur, vt piſcandi aut nauigandi.[6] Sicque euenit vt commune & publicum ſint idem, nec differant niſi per quandam accidentalem diuerſitatem, vt loquuntur Scholaſtici, pro vt ea quæ ſunt tantum in hominum vſu,

pu-

1. *L. 2. §. 8. & 9. & l. 3. ff. ne quid in loc. public.*
2. *Bartol. & Aret. in l. 1. ff. de leg. t. 1. plene Dinus in l. illud. ff. de rit. nupt. ad l. ad Fab. inſt. de rer diuiſ. §. litorum.*
3. *Fab. lo. cit. nu. 1,*
4. *Porc. inſt. de rer. diuiſ. in rubr. n. 25.*
5. *Bald. in rubric. ff. eodem nu. 9.*
6. *Ibid.*

publica dicuntur; quorum vero vſus etiam cæteris animantibus accommodatur, communia. Quibus ita poſitis facilis eſt conciliatio iurium, quæ ab aduerſarijs afferuntur, nam quæ publicum mare faciunt, maris vſum reſpiciunt, qui ſolis hominibus poteſt accommodari; quæ commune illum, qui & cæteris animalibus vtilis eſt. Cum igitur mare, qua ipſius vſus ad ſolos homines pertinet, vel ex Iuriſconſultorum ſententia, quos pro ſe adducunt aduerſarij, publicum ſit: & publica ea dicantur, quæ ad Populum Romanum ſpectant, vt volunt [1] Caius, & Vlpianus, & declarat [2] Theophilus, non modo dominium maris oppugnant ij Iuriſconſulti, ſed illud aſſerũt Populo Romano. Recentiorum quoque opiniones, [3] qui proprietatem maris nullius faciunt, vſum communem, iuriſdictionem Principis, facile intelligentur non aduerſari dominio maris, ſi expendatur vltra prædicta, [4] res nullius eſſe, quatuor modis intelligi: ac primo quidem [5] cenſura, vt res ſacræ, ſanctæ, religioſæ publicæ; [6] Secundo vero natura, vt feræ beſtiæ, inſulæ marinæ; Tertio autem [7] facto, vt res derelictæ: Quarto demum [8] tempore, vt theſauri. [9] Horum autem omniũ alia aut nullius vnquam fieri poſſunt, aut primum occupanti conceduntur: quæ nullius ſunt primo modo, in nullius vnquam poſſunt proprietatem tranſire; [10] reliqua naturali ratione occupanti conceduntur, [11] vt

quod

1. L. bona ciuitatis, & ſeq. ff. de verb. ſign. l. 1. §. 1. ff. de Iuſt. & Iur.

2. Inſt. de rer. diuiſ.

3. gl. in l. quædam, ff. eod. Pac. de mari Adriat. alij.

4. Gryphiand. de Inſul. c. 10

5. §. nullius, & ibi DD. Inſtit. de rer. diuiſ. l. 6. §. 2. ff. eod.

6. §. feræ inſt. eod. l. 7. §. 3. l. 14. ff. de acquir. rer. dom. l. 2. ff pro ſuo.

7. §. pen. Inſt. de rer. diuiſ.

8. L. nunquã. ff. de acquir. rer. dom.

9. Ant. Fab. Iuriſpr. Papin. l. 1. tit. 2. pr. 4. Illat. 4.

10 §. 12. Inſt. de rer. diuiſ.

11. Quintil. declamat. 13. Bapt. Parm. de alluu. l. 2. §. 1. n. 2.

communne. Quod ſi communionis vocabulo ſunt vſi, id conſulto, & caute factum eſſe dicendum eſt.[1] Cum mare namque fiat occupantis, ſi publicum dixiſſent, id fieri poſſe negaſſent.[2] Publica enim cum nullius ſint, nullius fieri poſſunt; Communia contra, cum ſint ſingulorum fiunt occupantis.[3] Ad hæc communia maioris ſunt communitatis, quam publica; hæc enim ſolis hominibus patent ad vſum, illa & cæteris animantibus; vnde haud proprie diceretur mare, aërem, aquam profluentem eſſe publica, cum non hominibus ſolum, ſed & cæteris pateant animalibus: Ac vt euidentius res ante oculos proponatur;[4] Mare dupliciter conſiderari poteſt, aut vt aptum eſt ad vſum producendum, quo caſu non ſolum mare,[5] ſed & flumen dicitur commune, quia aptum eſt ad producendum vſum, lauandi nempe, & eiuſmodi, non ſolis hominibus conuenientem, ſed & cęteris animantibus; aut vt ad actum vtendi pertinet, quo caſu dupliciter iterum conſiderari poteſt: nam cõmune dicitur, ſi actus vtendi communis ſit omnibus animantibus, vt lauandi & eiuſmodi. Publicum vero, ſi ille actus ſolis hominibus accommodetur, vt piſcandi aut nauigandi.[6] Sicque euenit vt commune & publicum ſint idem, nec differant niſi per quandam accidentalem diuerſitatem, vt loquuntur Scholaſtici, pro vt ea quæ ſunt tantum in hominum vſu,

1. L. 2. §. 8. & 9. & l. 3. ff. ne quid in loc. public.
2. Bartol. & Aret. in l. 1. ff. de leg. t. 1. plene Dinus in l. illud. ff. de rit. nupt. ad l. ad Fab. inſt. de rer diuiſ. §. litorum.
3. Fab. lo. cit. nu. 1.
4. Porc. inſt. de rer. diuiſ. in rubr. n. 25.
5. Bald. in rubric. ff. eodem nr. 9.
6. Ibid.

pu-

Digitized by Google

publica dicuntur; quorum vero vſus etiam cæteris animantibus accommodatur, communia. Quibus ita poſitis facilis eſt conciliatio iurium, quæ ab aduerſarijs afferuntur, nam quæ publicum mare faciunt, maris vſum reſpiciunt, qui ſolis hominibus poteſt accommodari; quæ commune illum, qui & cæteris animalibus vtilis eſt. Cum igitur mare, qua ipſius vſus ad ſolos homines pertinet, vel ex Iuriſconſultorum ſententia, quos pro ſe adducunt aduerſarij, publicum ſit: & publica ea dicantur, quæ ad Populum Romanum ſpectant, vt volunt [1] Caius, & Vlpianus, & declarat [2] Theophilus, non modo dominium maris oppugnant ij Iuriſconſulti, ſed illud aſſerũt Populo Romano. Recentiorum quoque opiniones, [3] qui proprietatem maris nullius faciunt, vſum communem, iuriſdictionem Principis, facile intelligentur non aduerſari dominio maris, ſi expendatur vltra prædicta, [4] res nullius eſſe, quatuor modis intelligi: ac primo quidem [5] cenſura, vt res ſacræ, ſanctæ, religioſæ publicæ; [6] Secundo vero natura, vt feræ beſtiæ, inſulæ marinæ; Tertio autem [7] facto, vt res derelictæ: Quarto demum [8] tempore, vt theſauri. [9] Horum autem omniũ alia aut nullius vnquam fieri poſſunt, aut primum occupanti conceduntur: quæ nullius ſunt primo modo, in nullius vnquam poſſunt proprietatem tranſire; [10] reliqua naturali ratione occupanti conceduntur, [11] vt quod

1. *L. bona ciuitatis, & ſeq. ff. de verb. ſign. ſ. l. 1. §. 1. ff. de Iuſt. & Iur.*
2. *Inſt. de rer. diuiſ.*
3. *gl. in l. quædam, ff. eod. Pac. de mari Adriat. alij.*
4. *Gryphiand. de Inſul. c. 10*
5. *§. nullius, & ibi DD. Inſtit. de rer. diuiſ. l. 6. §. 2. ff. eod.*
6. *§. feræ inſt. eod. l. 7. §. 3. l. 14. ff. de acquir. rer. dom. l. 2. ff pro ſuo.*
7. *§. pen. Inſt. de rer. diuiſ.*
8. *L. nunquã. ff. de acquir. rer. dom.*
9. *Ant. Fab. Iuriſpr. Papin. l. 1. tit. 2. pr. 4. Illat. 4.*
10. *§. 12. Inſt. de rer. diuiſ.*
11. *Quintil. declamat. 13. Bapt. Parm. de alluu. l. 2. §. 1. n. 2.*

quod omnibus naſcitur, induſtriæ ſit præmium: Sic igitur intelligenda eſt eorum ſententia, qui proprietatem maris nullius eſſe dicunt, vt cum hæc ſit nullius ſecundo modo,[1] natura ſcilicet, occupanti concedatur; vt pariter vſus, qui eſt communis, & ſecundum quem communem vſum,[2] poteſt mare quiſque ſibi occupare, & in illo ædificare: quod fieri non poteſt in flumine, cuius vſus eſt publicus. Iuriſdictio autem Principi adimi non potuit: quare ſi hic poſtmodum proprietatem, & vſum ſibi occupârit (quod a pleriſque factum fuiſſe oſtenſum eſt) is proculdubio præter iuriſdictionem, plenum quoque maris dominium habebit. Sed ſit mare ſuapte natura commune omnium,[3] litora quoque communia eſſe dicuntur, eorum tamen communio ad illum tantum populum applicatur, qui ea occupauit; cur & maris communio ad illum ſolum populum, qui illud occupauerit, non applicabitur? Cur aduerſarij ſuſcitant Iuriſconſultorum opinionem,[4] quam Imperiali ſanctione, tanquam iniquam, & in iure hæreticam, ſciunt eſſe condemnatam? Sed reſtat adhuc Antonini Pij reſponſum a Voluſio Mætiano relatum, quo ſe orbis dominum aſſerit, legem autem maris, quodque vltimo loco reliquimus, cũ de eo inter viros doctiſſimos magna ſit altercatio, qui in illud librariorum incuria mẽdum irrepſiſſe contendũt. Vulgatus textus eſt,

1. L. venditor fundi, ff. cõm. præd.

2. Bald. loc. cit.

3. §. 1. Inſtit. de rer. diuiſ. l. 2. ff. eod.

4. Leo Imper. Cõſtitut. 50.

Α'ξίωσις

Digitized by Google

Ἀξίωσις Εὐδαίμονος Νικομηδέως πρὸς Ἀντωνῖνον Βασιλέα. Κύριε βασιλεῦ Ἀντωνῖνε. Ναυφράγιον ποιήσαντες ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, διηρπάγημεν ὑπὸ τῶν δημοσίων τῶν τὰς Κυκλάδας νήσους οἰκούντων. Ἀντωνῖνος εἶπεν Εὐδαίμονι. Ἐγὼ μὲν τοῦ κόσμου κύριος, ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης: τῷ νόμῳ τῶν Ῥοδίων κρινέσθω τῷ ναυτικῷ, ἐν οἷς μή τις τῶν ἡμετέρων αὐτῷ νόμος ἐναντιοῦται. τοῦτο δὲ αὐτὸ καὶ ὁ θειότατος Αὔγουστος ἔκρινεν.

Quæ ita Latine ſunt reddita. *Deprecatio Eudæmonis Nicomedienſis ad Antoninum Imperatorem. Domine Imperator Antonine. Naufragium facientes in Italia direpti ſumus a Publicanis Cycladas Inſulas habitantibus. Antoninus dixit Eudæmoni. Ego quidem mundi Dominus, Lex autem maris: Lege Rhodiorum iudicetur nautica, in quibus ei nulla noſtrarum Lex adverſatur. Hoc autem & ipſum D. Auguſtus iudicauit.* [1] Samuel itaque Petitus Gallus duplex mendum huic legi ineſſe arbitratur: Ac primum quidem Coſmographiæ aduerſari putat, quod in deprecatione Eudæmonis legitur, ad illum diripiendum, cum in Italia eſſet naufragus, e Cycladibus, tanto maris ſpatio ab Italia ſecluſis, Publicanos accurriſſe; putat itaque eſſe legendū ἐν τῇ Τηλίᾳ (ſupple θαλάσσῃ) ναυφράγιον ποιήσαντες. *In Teliaco mari naufragium facientes.* Τῆλος enim vna Cycladum eſt, referente Stephano, quo pacto Coſmographiæ minime repugnat deprecatio, cum Cycladum Publicani diripere facile potuiſſent, quæ in vna earum Inſularum fiebant naufragia, in Italia non item. Alterum mendum

1. *Miſcellan. l. 3. c. 11.*

corri-

corrigit in reſponſo Antonini, agnoſcens illud non ſibi conſtare, ſi vulgatus textus admittatur; Corrigit itaque illud: ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης, ac legit, ὁ δὲ ἄνεμος τῆς θαλάσσης, vt Latine ſit. *Ego quidem mundi Dominus, ventus autem maris.* Hanc emendationem ſequitur approbatque [1] Io. Iſaacus Pontanus Batauus. Io. autem Seldenus Anglus, quæ circa Coſmographiam a Petito emendantur, [2] admittit, aliter vero Antonini reſponſum corrigit, nulla litera aut addita, aut immutata, ſed tantum variata interpunctione. Vulgatus textus eſt. Ἐγὼ μὲν τοῦ κόσμου κύριος, ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης. τῷ νόμῳ, &c. Seldenus legit. ἐγὼ μὲν τοῦ κόσμου κύριος. ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης. τῷ νόμῳ, &c. Vt ſenſus ſit. *Ego quidem mundi Dominus. Sed vero illa lex, ſeu mos eſt maris,* reſpiciens ad Eudæmonis deprecationem, qua direptio cauſabatur, quamque Imperator morem maris videtur aſſerere; vel ita ait eſſe corrigẽdum. ἐγὼ μὲν τοῦ κόσμου κύριος. ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης τῷ νόμῳ τῶν Ῥοδίων, &c. Vt Latine ſonet. *Ego quidem mundi Dominus. Lex autem, ſeu mos maris lege Rhodia iudicetur.* Neutram ipſe emendationem condemno, præſertim in ijs quæ ad Coſmographiã attinent: veruntamen in Imperatoris reſponſo ſi mendum agnoſcamus, neque ſupplendum ἄνεμος putarem, neque interpunctionem mutandam. Nam in Petiti emendatione additur litera, & mutatur ο in ε, quod nimis craſſam librariorum ignorantiam præſefert, ac preterea Poeticum

1. *Diſcuſſ. hiſtor. de domin. mar. l. 2. c. 15.*

2 *Maris clauſi l. 1. c. 25.*

quid

Digitized by Google

quid ſapit, & Imperatoria maieſtate indignum, ventum dicere dominum maris, præſertim cum nihil ad rem faciat. Seldeni autem emendatio duriuſculum reddit ſenſum, vt recte obijcit Pontanus. Quid enim ſibi vult: *Lex maris lege Rhodia iudicetur?* Quod ſi Latine reddimus, *mos maris*, anne tanta erat in Græca lingua vocabulorum penuria, vt eandem dictionem repetere in eadem periodo Mætianus cogeretur? legendum itaque cenſerem: Ἐγὼ μὲν τοῦ κόσμου κύριος, ὁ δὲ γόμος τῆς θαλάσσης. τῷ νόμῳ τῶν Ῥοδίων κρινέσθω, &c. Eſt quidem vero ſimilius paulo obſcurius ſcriptum γ, & fortaſſe temporis iniuria deleto caudice, pro ν a librarijs fuiſſe lectum, atque ita tranſcriptum, quam vnam literam omiſſam, & alteram mutatam, & ſenſus magis ſibi conſtat, quam in emendationibus Seldeni. Γόμος namq; merces appellantur, quæ nauibus feruntur. τὰ δὲ ἐντιθέμενα ταῖς ναυσί, inquit [1] Pollux, φόρτος, φορτία, ἀγώγιμα, ῥῶπος, γόμος, παραθῆκαι. *Quæ vero imponuntur nauibus, onus, ſarcina, pondus, acceſſiones*; Et [2] Athenæus, ἦν δὲ ἡ ναῦς τῇ μὲν κατασκευῇ εἰκόσορος, τριπάροδος δὲ τῷ μὲν κατωτάτω, ἔχων ἐπὶ τὸν γόμον. *Erat autem hæc nauis ſtructura quidem viginti tranſtrorum, tres habens aditus in inſimo ad merces*. Et [3] Euſtathius hanc eandem vocem agnoſcit. Senſus itaque dilucidus eſt. *Ego quidem mundi Dominus, merces autem maris lege Rhodia iudicentur*. Sed hæc, vt ingenue fatear, coniectura eſt: & quamuis vndique

[1] In Onomaſtic. l. 1. c. 9.

[2] L. 5. Dipnoſoph. c. 8.

[3] Iliad. O.

manuſcripta perquiſierim, ac præſertim in Bibliotheca Vaticana, nullibi tamen inueni hanc legem Græce deſcriptam, cum fortaſſe librarij eius linguæ eſſent ignari, ſed in pleriſque etiam Latina omittitur, in alijs ſuppletur in margine. Verum tametſi nullum ineſſet mendum, lex nihilominus maritimo dominio minime aduerſatur. *Ego quidem mundi Dominus*, inquit Antoninus, *Lex autem maris*. Lex maris eſt domina, veruntamen vbi noſtris legibus non aduerſetur. Noſtræ ergo leges illi imperant legi, nos legibus noſtris; cum Imperator leges omnes in ſcrinio pectoris habere dicatur, [1] & lex ſit quidquid ipſi placet, [2] illaſque corrigere, abrogare, obliterare poſſit ad arbitrium; ſic lex maris eſt domina, Imperator dominus legis, nonne & maris dominus eſt Imperator? Cum itaque [3] ſcire leges non ſit, earum verba tenere, ſed vim ac poteſtatem, qui ex hoc reſponſo, maris dominio Imperatorem renunciare arbitrantur, legem hanc minime intelligunt, cum haud mentis compos fuiſſet Antoninus, aut Mætianus, ſi ille reſcripſiſſet, hic notaſſet, Imperatorem eſſe Mundi dominum, legem autem maris, hanc autem deinceps legem, eiuſdem Imperatoris legibus, hoc eſt voluntati ſubieciſſet. Hinc eos, & quidem iure, [4] viri doctiſſimi perſtringunt, quaſi ridicula effutiant, & ſibi com-

1. *L. 1. ff. de conſt. §. ſed & quia, Inſt. de Iur. nat.*
2. *L. vnic. C. de emend. Cod. in fin.*
3. *L. ſcire, ff. de legib.*
4. *Alciat. l. 2. diſpunct. c. 5. Gryphiand. de Inſul. c. 14. n. 62.*

commentum effingant. Itaque hoc reſponſo intelligunt,[1] Imperatorem ſe mundi quidem, ac maris dominum aſſerere, lege autem Rhodia iubere maritima iudicari.[2] Alij, Imperatorem ſe maris legem dicere, & dominum Mundi. Sic [3] Baldus expreſſe,(quem tamen ſuarum partium faciunt aduerſarij) non modo ex hoc reſponſo non arguit liberū eſſe mare, ſed infert Imperatorem dominū eſſe maris, ac terræ; quod etiam faciunt[4] Caſtrenſis,alijque Interpretes; ideoque dominio maritimo nulla Iureconſultorum obſtant reſponſa, nulla Imperatorum reſcripta ex ijs, quæ ab aduerſarijs afferuntur.

1. *Alciat.loc. cit.Io.Dauth. hjpoty.ſect.3.*
2. *Ign us, & Forcatul.de Cupid. Iur. c.9.*
3. *In dicta l.* Ἀξίωσις *n.3.*
4. *Ibid.n.1. Gryphiand. loc.cit.*

Sacræ paginæ Oracula, quæ ab aduerſarijs opponuntur, dominium maris non tangere.

CAP. XV.

ATQVI poſt tot exantlatos labores,cum iam nos tenere victoriam putaremus, ab aduerſariorum Achille repellimur. Glorioſum ſaltem fuerit a ſolo Achille potuiſſe ſuperari. Religionem nobis inijciunt aduerſarij, Sacræ paginæ Oracula obtendunt. Ego autem, qui non ignorem, quanta aduerſus ſacras Scripturas adhibenda ſit reuerentia, ferre haud poſſum in alienos ſenſus ab aduerſarijs illas detorqueri. Liceat itaque expendere, quam appoſite

aduerſus maris dominium Sacræ paginæ Oracula afferantur. Quæ igitur apud Iob Deus loquitur, nihil ad dominium ſpectant, ſed de creatione, ac limitatione maris ſunt dicta, ipſiuſque naturæ cognitione, de quibus nos minime diſputamus. Alibi etiam Deus eadem fere [1] loquitur. *Me ergo*, ait, *non timebitis, & a facie mea non dolebitis, qui poſui arenam terminum mari, præceptum ſempiternum, quod non præteribit, & intumeſcent fluctus eius, & non præteribunt illud?* Verba Regij Prophetæ dominium magis tangere videntur, ideoq; latius ſunt explicanda, vt illa contra dominium maris non ſtare demonſtremus. Primus locus eſt Verſiculus decimus Pſal. LXXXVIII.

1. Hierem. 5.

אתה מושל בגאות הים בשוא גליו אתה תשבחם .

Tu dominaris poteſtati maris, motum autem fluctuum eius tu mitigas, vt habet editio vulgata. Veruntamen dictio גאות quam *poteſtatem* vertit vulgatus Interpres, elatio, tumor, ſuperbia proprie eſt, vnde reddit Pagninus. *Tu dominaris in elatione maris*. D. autem Hieronymus, & Nebienſis: *Tu dominaris ſuperbiæ maris*. Et paraphraſis Chaldęa. *Tu poteſtatem habes in elationibus maris*. Et Arias Montanus,

Tu maris fluctus cohibes, ſuperbis
Temperaſque vndis.

Ac paraphraſtice eruditiſſimus Fabius Leonida:

Tu pelagi ſedas iram, motuſque ſuperbi,
Cum furit, & vaſtos attollit in aëra fluctus.

Vul-

Vulgatus autem per antonomaſiam *poteſtatem* interpretatus eſt, cum nullam maiorem mare habeat poteſtatem, quam ſuperbiendi, ac fluctus attollendi: nihil autem de maris dominio in hoc verſiculo agitur, ſed de diuino imperio, quod Deus habet in mari, quoque fluctus, tempeſtateſque compeſcit, veluti ſtatim ſequentia verba apertiſſime declarant, cum inquit Propheta, *Et motũ fluctuum eius tu mitigas.* Ac tantum abeſt, vt Regius Pſaltes velit dominio maris aduerſari, vt eodem Pſal. Verſ. XXV. inducat Deum ſibi promittentem dominium maris. *Et ponam,* inquit, *in mari manum eius, & in fluminibus dexterã eius.* Alius eſt Verſiculus quintus e Pſal. XCIV.

אֲשֶׁר־לוֹ הַיָּם וְהוּא עָשָׂהוּ וְיַבֶּשֶׁת יָדָיו יָצָרוּ׃

Quoniam ipſius eſt mare, & ipſe fecit illud, & aridam fundauerunt manus eius, habet Vulgatus. Radix autem Hebraica; *Quoniam ipſi eſt mare, & ipſe fecit illud, & aridam manus eius fabricàrunt.* Superiori autem verſiculo dixerat Propheta:

אֲשֶׁר בְּיָדוֹ מֶחְקְרֵי אָרֶץ וְתוֹעֲפוֹת הָרִים לוֹ׃

Quoniam in manu eius ſunt omnes fines terræ & altitudines montium ipſe conſpicit, vt vertit Vulgatus; & ſecundum radicẽ. *Quoniam in manu eius ſunt penetralia terræ, & auia montium ipſi* id eſt *ſunt*; vſus eadem phraſi in ſequenti verſiculo, *mare Deo eſſe,* ait, hoc eſt, illud a Deo poſſideri, vt ſuperiori, auia montium dixerat. Quis neget mare, vt auia montium, Dei eſſe? quin imo cunctorum creatorum,

Digitized by Google

torum Deum eſſe dominum quis inficietur?
1. Pſalm.23. verſ.1. Idem Regius Propheta [1] alibi. *Domini eſt terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuerſi, qui*
2. Pſalm.88. verſ.12. *habitant in eo.* Et [2] alio in loco Deum alloquens. *Tui ſunt cæli, & tua eſt terra, orbem terræ, & plenitudinem eius tu fundaſti, Aquilonem & mare tu*
3. Pſalm.49. verſ.11. *creaſti:* imo & ipſe Omnipotens; [3] *Meæ ſunt omnes feræ ſyluarum, iumenta in montibus, & boues.* Quis abnuat? Atqui & montium cacumina, terra, feræ, boues, omnia denique creata, homini a Deo
4. Geneſ.1. & 11. [4] donata ſunt, neque vlla de ijs eſt diſceptatio; cur mare potius dicunt aduerſarij Dei eſſe, quam cætera? Omnia quidem Dei ſunt, mare, terra, feræ, ipſique homines, cur cætera in hominum proprietatem tranſeunt, reſeruato D.O.M. ſupremo dominio, mare non tranſibit, cum de ipſo a Deo nihil determinatum ſpeciatim inueniamus? Sic diuinæ paginæ oracula dominio maritimo minime reluctantur, nulla illud lex condemnat, Poëtarum ineptiæ non infirmant, aduerſariorum argumenta non tangunt: ideoque firma veraque eſt ſententia, quam ſequimur: In mari haberi poſſe dominium.

* * * * *
* * * *
* * *
* *
*

Domi-

Dominium maris quale ſit.

CAP. XVI.

SED quoniam inter eos, qui mare ſubiacere dominio poſſe arbitrantur, minime conuenit; alij namq; iuriſdictionis, ac protectionis limites haud excedere eiuſmodi dominium cenſent; alij dominium quidem plenum, cum iuriſdictione coniunctum, admittunt, ſed litorale, & quod altum ingredi minime audeat; alij plenum dominium eſſe aſſerunt, cum in litorali, tum in alto pelago, cum iuriſdictione coniunctum; determinandum nobis reſtat, quibus adhærendum ſit, & quale ſit dominium hocce maritimum.[1] Qui itaque eius opinionis ſunt, quæ dominium maritimum ſola iuriſdictione concludit, dominium duplex eſſe ſtatuunt; aliud ratione iuriſdictionis, & protectionis, quod vocant dominium vniuerſale, vel ſuperioritatem, quale eſt id, quod Princeps habet in rebus ſingulorum; aliud ratione proprietatis, quod dominium particulare appellãt, atque hoc in rebus priuatis attribuunt ſingulis, non Principi. Hinc in mari tria conſiderant, proprietatem, vſum, & iuriſdictionem; ac proprietatem quidem nullius eſſe contendunt; vſum communem omnium hominum; iuriſdictionem Principis, qui ſecundum hanc tenetur mare,

1. *Pac. de domin. mar. Adriat. Grot. de iur. bell. l. 2. c. 3. a nu. 11.*

re,

re, cui hoc modo dominatur, tutum & ſecurum reddere a piratis, ſubditos tueri, ac poteſt contra capere, & punire in eo delinquentes, ac ſi in ſuo territorio deliquiſſent: alios nauigare, aut piſcari volentes prohibere: ac demum nauigantibus, piſcantibuſque vectigalia, portoria, tributa imponere, & augere, eaque non perſoluentes punire. Veruntamen hi inter ſe pugnantia afferunt; Nam dominium illud iuriſdictionis, quod imperium proprie [1] appellatur (quamuis hoc vocabulo etiam dominium ſignificetur) [2] non importat aliquod ius vtile, vel directum; ſed ius vniuerſale ratione ſuperioritatis, & ſolam defenſionem, & protectionem, non autem quod is, qui eiuſmodi dominio fruitur, poſſit imponere onera, ſeu tributa: quod tamen Principem facere poſſe in mari concedunt. A dominio deinceps progredientes, ad iuriſdictionem declinant, quæ cum ſit tantummodo [3] poteſtas iuriſdicẽdi; nihil in ſe dominij continet, niſi imaginem quandam inanem. [4] Cum enim duplex ſit dominium: ſuperius, quod proprietas appellatur: & inferius, ſeu ſubalternum, quod vtile dominium dicitur; hi proprietatem, atque vſum a ſuo maris domino ſubtrahentes, ſolamq; relinquentes iuriſdictionem, mihi videntur quaſi veſtitum aſſerere, quem ſpoliarunt. Atque eo manifeſtior eorum error apparet, quo vſum maris communem omnium hominum facientes, concedunt.

1. Senec. de beneſ. l. 7. c. 4. & 6 Gryphiand. de inſul. cap. 14. nu. 10.

2. Mandel. cōſ 62. n. 19. & ſeq. & n. 22. & ſeq.

3. Bald. cōſ. 483 n. 1. l. 1. & conſ. 365. in prin l 5.

4. Gloſ & Bart. in l 1. ff. de iuriſ. l. Bald. in l. traditionib C. de pact. nu. 6. & ibi Iaſ. nu. 9.

cedunt deinceps Principi, vt piſcari, ac nauigare quoſlibet iure poſſit vetare, ac prohibere, ſeu impoſitis vectigalibus, inde fructũ capere. Quin imo proprietatem maris nullius eſſe dicentes, & iuriſdictionem, quam Principi tribuunt, nullius facere videntur; nam [1] cum proprietas importet directum dominium tantum, & hæc ex ipſorum ſententia, nullius ſit; quo pacto Princeps exercebit iuriſdictionem in mari, cuius neque directum dominium habet, cum iuriſdictio nullibi, abſque conſenſu domini, poſſit exerceri, & is, ad quem ſpectat iuriſdictio in ea quæ imperij ſunt, nullam [2] habeat authoritatem? certe iniuria Veneti, in Genuenſes Adriatico nauigantes, nolenteſq; ſoluere vectigalia, animaduerterent, ſi ille ſinus nullius dominio eſſet ſubiectus, cum in Genuenſes ipſos nullum dominium habeant. Verumtamen vectigalia imponi, nauigationem impediri, aliaque iure fieri & poſſe, & conſueuiſſe, cum ipſi demonſtrauimus, tum illi admittunt, ac profitentur.[3] Concedunt inſuper, proprietatem maris, quam nullius eſſe aſſerunt, fieri occupantis, cur & hæc Principis fieri non poteſt, ſi mare claſſibus occupauerit, defenderitque? Præterea cum iſtam iuriſdictionem definiant eſſe tale dominium, quale Princeps habet in rebus ſingulorum, ſi ſuam ſententiam ſequãtur, in mari haberi non poteſt, quod ſingulorum non eſt, ſed nullius ſecundum proprieta-

1. *Iaſ. in d. l. traditionibus cũ ibi citat.*

2. *L. ex quæ. ff. ad munic.*

3. *Pac. loco cit. ex l. in tantum, ff. de rer. diuiſ. & ex l. ſane ff. de iniur.*

P tem,

Digitized by Google

tem, & commune ſecundum vſum, niſi prius admittant, & proprietatem, & vſum fieri poſſe ſingulorum: quod ſi concedant, iam plenum dominium conceſſere. Horum itaque opinionē, quæ ſibi ipſi ita repugnet, minime admittendam cenſemus. Videamus modo, quibus rationibus ij nitantur, qui maris quidem admittunt plenum dominium, cum iuriſdictione coniunctum, ſed litoribus circumſcribunt.[1] Aiunt igitur mare occupari potuiſſe ab ijs, qui terras ad latus vtrumque poſſideant, etiamſi aut ſupra pateat, vt ſinus; aut ſupra & infra, vt fretum, dummodo non ita magna ſit pars maris, vt cum terris comparata, portio earum videri nequeat. Immenſum namque mare eſſe[2] aiunt, & nunquam in vnius ditionem veniſſe, neque ideo quod aliquot maria dominum patiantur, vaſtum quoque illum, ac vniuerſalem Oceanum ſubijci imperio poſſe, cum vix particularia maria, eorumque ſinus, præſertim capaciores, niſi ſumma cū difficultate, ac vi maiori, ſub alicuius dominio haberi poſſint.[3] Ad hæc, cum dominia terminis diſtinguantur, neque vllus in vaſto, ac aperto mari terminus poſſit conſtitui, nullum ipſius eſſe poſſe dominium conſequens eſt, quod in litorali non accidit, in quo termini aſſignari poſſunt promontoria, ſcopuli & ſimilia; & cum mare terris non contineatur, ſed orbem terrarum contineat, quis in incognitis illius partibus poſſet

1. *Grot. de iur. bell. l. 2. c. 3. nu. 8. Gryphiā. d. de Inſul. c. 25. num. 67. Io. Iſaac. Pont. diſcuſſ. hiſt. l. 2.*

2. *Pontan. d. l. 2. c. 2. & 3.*

3. *Ibid. c. 11.*

poſſet dominari? Veruntamen neque hæc conuincunt, mare tantummodo, quod ſecundum litora extenditur, ſubiacere dominio poſſe. Nam quod aiunt, immenſum mare eſſe, & nunquam in vnius poteſtatem veniſſe, libenter admittimus (quamuis Adamum vniuerſalem dominum maris æque, ac terræ fuiſſe dicamus, vt demonſtrauimus) ſed neque orbem terrarum totum vnquam vnius imperio ſuiſſe ſubiectum addimus; ac veluti abſurdum eſſet dicere, Hiſpaniarum Regem ſuorum Regnorum non eſſe dominum, quod totus terrarum orbis in vnius nunquam venerit ditionem, ſic & eſſet abſurdum negare, iuxta hanc rationem, Genuenſes maris Liguſtici eſſe dominos, quod totum mare nunquam fuerit vnius imperio ſubiectum. Quod autem negant, ideo non concludi, pelagus ſubijci poſſe dominio, quod aliquot maria in poteſtatem ſint redacta, non video quodnam habeat fundamentum. Certe ſi dicerem, orbem terrarum ſubijci dominio poſſe, quod Reges Galliarũ, Hiſpaniarum, Britanniæ, cæterique in Gallijs, Hiſpanijs, Britannia dominantur, mihi viderer haud inepta dixiſſe, cum oſtendiſſem in terris reapſe exerceri dominium. Sic cum demonſtratum ſit, Principes, ac populos re nauali excellẽtes, quos retulimus, ſui maris imperium retinere, conſectarium eſt, mare dominium pati. Differentia vero, quam ſtatuunt inter litorale, atque

Digitized by Google

apertum pelagus , quod illud limitari poſſit, hoc minime , non obſtat, quin & in hoc dominium extendatur, cum in aperto ſalo termini, limiteſque ex Nautica, atque Coſmographica commode præfigantur, veluti ſupra fuſe demonſtratum eſt. Quod autem vix particularia maria ſub alicuius dominio retineri poſſint, ac ſumma cum difficultate, & vi maiori, vbi verum eſſet, penderet potius ex imbecillitate Principum, quam ex maris natura: noſq;illum, qui dominatur, habere ſufficientes vires ponimus, ad ſuum dominiũ tuendum: neque aliud eſt quod aiunt, quam ſi dicerent, ideo Æthiopum Imperatori non eſſe ſua regna ſubiecta, quod ille vires non habet, quæ illis tuendis ſufficiant. Et qua de cauſa infami anarchiæ expoſitum apertum mare relinquunt, ac piratarum aſylum faciunt, cum litorale protectioni Principum commendarint? Quæ eſt varietas iſta naturę? Quę aperti maris crimina, vt Reip. prodeſſe non poſſit, ſed ſcelerũ tantum, ac rapinarum ſit receptaculum? Non eſt igitur, cur huic opinioni adhæreamus, cum ſecundum ipſam conſequatur hoc incommodum, vt apertum pelagus, nullius aut dominio, aut iuriſdictioni ſubiectum, commercijs generis humani ſit prorſus inutile. Atque hactenus demonſtratum ſit, mare dominio ſubeſſe, hoc autem dominium nudam non eſſe iuriſdictionem, neque litoribus adhærere; quare conſequens eſt, vt

ple-

plenum [1] dominium ſit, [2] quod proprietatem, & vſumfructum contineat, tam in litorali, quam in aperto mari, [3] ita vt ipſo vti frui, domini iniuſſu, minime liceat, quod plenum dominium iuriſdictio conſequitur, vbi illud ad Principem ſpectet, [4] cum in regalibus proprietas, vſus, & iuriſdictio plerumque concurrant; huic autem dominio nō derogat nauigatio, ſeu piſcatus, etiamſi libere permitterentur: nam nihilominus plenum dominiū eſſe penes Principem diceretur, cum vſusfructus non dominium ſit, [5] ſed ſeruitus, qua non obſtante recte dicimus, mare totum eſſe Principis, licet vſumfructum alijs concederet; proinde quamuis libere Princeps nauigare, ac piſcari in ſuo mari quoſcunque pateretur, adeoque formalem, quem appellant, vſumfructum largiretur, nihilominus plenum illius dominium haberet, proprietatem ſcilicet, & cauſalem vſumfructum, vt viarum, quæ ſuæ ſunt ditionis. Dominio itaque mare cum ſubiaceat, pleno ſubiacet dominio: atque ideo maris plenum dominium eſſe ſtatuimus, nihil differens a Monarchijs, & alijs terreſtribus Imperijs, vt [6] Iſocrates aiebat: & Princeps [7] eo modo dominatur mari, quo telluri, [8] ratione ſcilicet adminiſtrationis; cum alioquin, nec terras poſſit abſolute alienare, circa quod obſeruandæ ſunt Politicæ Rerumpublicarum, ac Regnorum Conſtitutiones.

1. *Capoll. de ſeruit. ruſtic. præd. c. 26. nu. 8. & 11. Seld. in maris clauſ. lib. 1. c. 16.*
2. *Gl. in l. recte dicimus, ff. de verb. oblig. in verb. ſeruitutis: Bart. & alij in l. vſuſfructū cod. Iaſ. in l. non quocumq; § fundus n. 1. ff. de legat. 1.*
3. *Seld. dict. cap 16.*
4. *Gryphiād. loc. cit. c. 16. nu. 8.*
5. *Gl. in d. l. recte dicimus & ibi Bart. ead. gloſ. in verb. quia vſus fruct. in § ſi cui fundus, inſtit. de legat.*
6. *In Orat: de Pace.*
7. *Barros en l'Aſia decad. 1 l. 1. c. 1.*
8. *Caſtr. in l deprecat ff. ad l. Rhod. de iact. nu. 5. & ſeq.*

Domi-

Dominium maris quomodo acquiratur, & quo pacto ipſius poſſeſſio occupetur, & retineatur.

CAP. XVII.

TALE igitur eſt maris dominium, quale deſcripſimus. Videamus porro, quomodo acquiratur, & quo pacto ipſius poſſeſſio occupetur. Quoniam itaque datũ humano generi a Supremo Numine maris æque, ac terræ dominiũ demõſtrauimus, quomodo deinceps in nationes, ac populos, priuatoſque homines deriuârit, diſpiciamus. [1] Ante diluuium igitur, Adami liberi in hunc mundum, veluti in ampliſſimam domum opibus refertam, venientes, vt quiſque ſibi prior aliquid occuparat, illius dominus per occupationem efficiebatur; ſicuti legimus, [2] Caimum ſibi partem aliquam terræ ſubiecisse; quod ſi ante occupationem plures ad idem aſpiraſſent, vel ambigeretur, quis prior occupaſſet, ſorte decidebatur: [3] ſecus poſt diluuium factum eſt; Nam primo inter Noachidas orbis eſt facta partitio, ſecundum quam eorum vnuſquiſque regionum, quas ſortitus fuerat, factus eſt dominus. Quare non amplius iuſta fuit occupatio, niſi aliqua regio a Domino, cui obtigerat, desereretur, vel aliquæ res nullius eſſent, quas quiſque ſibi poterat occupare, [4] & ipſarum legi

1. *D. Thom q. 66. art. 1. 2 Leſſ. de Iuſt. & Iur. l. 2. c. 1. dub. 1. & 2.*

2. *Geneſ. 4. Euſeb. Cedrẽ. alij.*

3. *Geneſ. 10. & 11. Ioſeph. Hebr. Euſeb. Cedren. alij.*

4. *§. fera. inſt. de rer. diuiſ. & ibi DD. D. Thom. & Leſſ. loc. cit.*

legitimus, ac iuſtus Dominus fiebat. Sic dominium omne, aut diuiſione Noachidarum, aut occupatione derelictorum, ſeu eorum quæ nullius erant, nitebatur.[1] Sequuta poſtmodum bella alium dominij titulum dederunt, qui iure belli appellatus eſt. Namque ea, quæ iuſto in bello ab hoſtibus capiuntur, capientium fieri communi gentium conſenſu confirmatum eſt. Quin imo & Ius diuinum permittit, vt ſpolientur hoſtes, & domini fiamus eorum, quæ ab hoſtibus cepérimus. Sic Abrahamus de ſpolijs, quæ a quinque Regibus reportârat,[2] decimã Deo dedit, & Deus ipſe diuidendam eſſe prædam Iſraelitis[3] præcipit; atque[4] alibi ſibi etiam decimam ex hoſtium ſpolijs reſeruat; quod ab Hebræorum ducibus ſemper fuit obſeruatum, vt legimus de[5] Ioſue, &[6] Saule, alijſque. Sed iure gentium, lex ſempiterna, vt ait[7] Xenophon, inter omnes homines eſt, quod ſi quis vrbem hoſtium ceperit, eius ſint bona, quæ in ea ciuitate reperiuntur, &[8] omnia quæ victus habuit, victoris fiunt: & Plato cum duos acquiſitionis modos[9] ſtatuiſſet, venationem, & commercium, venationis genus conſtituit bellum, quo victorum hoſtium bona acquiramus; quo iure[10] Socrates Euthidemum interrogando eo perducit, vt ſpoliare non ſemper iniuſtum eſſe fateatur, vt euenit cum hoſtis ſpoliatur.[11] Ariſtoteles quoque legem, veluti pactum quoddam commune, profitetur, quo

bello

1. *Cic. 1. de off. § item ea. inſtit. de rer. diuiſ.*

2. *Geneſ. 14 D. Paul. ad Hebræos 7.*

3. *Deuter. 20*

4. *Numer. 31*

5. *Ioſue 22.*

6. Reg. 1. c. 15

7. *Cyropæd. lib. 6.*

8. *Plato de legib.*

9. *In Sophiſt.*

10. *Apud Xenoph. de fact. & dict. Socr.*

11. Politic. 1. c. 4.

bello capta, capientium fiant. In ſumma, ne longius, quam par ſit, noſtra vagetur oratio in re adeo clara, optandum eſt, vt hoſtibus bona adſint abſque virtute quamplurima; ſic enim fiunt illa non eorum qui poſſident, ſed capientium, vt aiebat Antiphanes,[1] nam omnino victori cedunt, quæ is iuſto bello acquiſierit. Et iure Romano[2] acquiſitio iure belli facta, pro acquiſitione iurisgentium agnoſcitur, atque hoc modo capta, ſtatim capientium fieri determinatur. Quin & Iure Pontificio hic acquirendi dominij modus non tantum[3] approbatus eſt, ſed etiam laudatus, vbi ab hoſtibus Eccleſiæ aliquid Chriſtiani receperint;[5] ea vero cepiſſe ab hoſtibus dicimur, quæ intra fines noſtros perduximus, vt perſecutionem effugerint.[6] Capta autem in mari tunc capta cenſentur, cum penes eos, qui ceperint, viginti quatuor integras horas permanſerint.[7] Veruntamen agri, ac prouinciæ non ſtatim captæ intelliguntur, ſimul atque inſeſsæ ſunt, ſed demum captæ cenſentur, cum manſuris munitionibus ita includuntur, vt, niſi ijs expugnatis, hoſti in eas palam aditus non ſit. Quæ itaque hoſtium ſunt, capientium fiunt, vt dicebamus, atque[8] ita vt nequeant

queant

1. *Plutar. in Alex. Philip. in epiſt. ad Athen. Aeſchin. de male obit. legat. Liuius lib. 39. Iuſtin. l. 38. Cicer. contra Rullum, & offic. 1. & alij per Grot de iur. bell. l. 3. c. 6 & p Alber. Gētil. de iur bell. l. 3. c. 4. & per Balthaſ. Ayalā de iur. & off. bell. l. 1. c. 5. nu. 1.*

2. *L. naturalem. §. fin. & l. transfugā ff. de acq. rer. dom. l. 1. ff. de acq. poſſeſſ. §. item ea quæ, inſtit. de rer. diuiſ. & ibi Porc. n. 1. Soc. iun. in l 1. ff. de. acq. poſſ.*

3. *Cap. ius gētium. & c. ius militare diſt. 1. c. dicat, 23. q. 5. c. ſicut & ibi gloſ. in ver. reſtituat. de Iureiur.*

4. *Cap. ſicut. & c. ſi non. 23. q. 3.*

5. *L. Pōponius ff. de acq. rer. dom. l. poſtliminium. §. poſtliminio. l poſtliminij, §. in bello, & l. fin. ff. de capt.*

6. *Conſulat. maris c. 287. & alij per Grot. d. c. 6. nu. 3.*

7. *Xenoph. de Vectigal. Grot. d. c. 6. nu. 4.*

8. *Couarum. in c. peccatū, de reg. iur. in 6. 2. relect. §. 11. cum ibi citat. Ayal. d. c. 5. nu. 35. & ſeq. Grot. d. c. 6. nu. 7.*

Digitized by Google

queant iure gentium vendicari ab ijs, qui ante hoſtes noſtros ea bona poſſederant, & bello amiſerant, quia ius gentium hoſtes prius dominos fecit, deinde nos; Qua exceptione ſe tuetur Iephte [1] aduerſus Ammonitas, qui regionem, quam Ammorhæis Hebræi iuſto bello ademerant, repetebant, tanquam olim a ſuis poſſeſſam. Romani quoque repetentibus Auruncis ea quæ quondam ſua fuerant, [2] reſponderunt, ſe iuſto bello, & virtute quæſita, tanquam propria, ſolere prognatis ex ſe relinquere. Et [3] Volſcis, ſibi honeſtiſſime acquiſita videri, quæ iuſto bello parta ſũt, nec ſe fore adeo ſtultos, vt virtutem fraudarent ſuo præmio, ſed operam daturos, vt huiuſmodi poſſeſſiones tranſirent ad poſteros, alioqui vbi ipſi ea adimerent ſibi, ſe ipſos tractarent hoſtiliter. [4] Hoc enim acquiſitionis genus a Dijs verius, quam ab hominibus profectum eſſe dicebant, omniumque gentium tam Græcarum, quam Barbararum vſu comprobatum: Et cum a [5] Tigrane Reipub. Romanæ hoſte Syriam recepiſſent, eam Antiocho Pio, ipſius antiquo domino, quamuis amico, minime reddidere, ſed illi Pompeius reſpondit, [6] vt habenti Regnum non ademiſſet, ita quo ille Tigrani ceſſiſſet, ſe non daturum, quod tueri neſciret. [7] Atque hanc iure belli acquiſitionem, ſeu occupationem voces, apud Romanos, [8] qui ſe religione, id eſt cultu Deorum, cæteris populis multo ſuperiores

1. *Iudic. 11.*

2. *Dionyſ. Halyc. antiq. Rom. l. 6.*

3. *Ibid.*

4. *Ibid. l. 8.*

5. *Appian. Alex. in Mithrid. Iuſtin. lib. 40.*

6. *Apud Iuſtin. ibid.*

7. *Gryphiand. de Inſul. c. 10 n. 17.*

8. *Cic. de natur. Deor. l. 2.*

Digitized by Google

prædicabant, ipſa religio nunquam potuit impedire.[1] Cyprus enim, quamuis Veneri dicata in ditionem tamen, auide magis quam iuſte, eſt redacta. Propius ad noſtra tempora, cum Gothofredus Bullionus Syriam a Sarracenorum Tyrannide liberaſſet, quamuis ea ad Græcos Imperatores pertineret, nõ eſt nihilominus reſtituta, ſed ipſius ſe Regem Gothofredus Summorum Pontt. authoritate conſtituit;[2] & manifeſte hoc iure vſus eſt Stephanus Tertius Pont. Max. Nam cum Aiſtulphus Longobardorum Rex Græco Imperatori Rauennatenſem Hexarchatum occupaſſet, atque inde Romæ Pontificem obſediſſet, Pipinus Francorum Rex ſubſidio Pontifici venit in Italiam, neque modo Pontificem obſidione liberauit, ſed inſuper ipſi Hexarchatum Aiſtulpho ademptum donauit; quod ægre ferens Græcus Imperator, a Pipino ſuum repetebat; eoque dicente, ſe Hexarchatum cum iuramento Eccleſiæ Romanæ promiſiſſe, Græcus ad Pontificem recurrens, reſponſum retulit, Hexarchatum iam de ouili D. Petri factum fuiſſe. Et[3] Henricus III. Cæſar anno a Chriſto nato CIↃLV. in Florentino Concilio ſub Victorio II. Pont. Max. inſtitit, vt Ferdinandus Caſtellæ Rex Imperium recognoſceret, antiquum Hiſpaniarum Dominum, antequam a Gothis occuparentur; cauſaque in Concilio diſcuſſa, Henrico adiudicatum fuit. Pontifex itaque miſſis Legatis, Hiſpanos

hor-

1. *Flor. lib. 4. c. 9. Ammian. Marcell. l. 14.*

2. *Anaſtaſ. Bibliothec. in Stephan. 2. Blond dec. 2. lib. 1. Baron. annal. to 9. ann. 755.*

3. *Marian. de reb. Hiſpan. l. 9. c. 15.*

hortatus eſt, vt Imperium recognoſcerent; quod Hiſpani haudquaquam probarunt, quamuis euidens inde bellum immineret, excipientes, ſe minime iugum recepturos, quod ſua virtute excuſſerant. Oratoribus itaque ad Pontificem miſſis, impetrarunt, vt iterum hæc cauſa examinaretur, miſſuſq; Rupertus Cardinalis Sanctæ Sabinæ Legatus, Toleti pro Hiſpanis aduerſus Cæſarem pronunciauit; & quod amplius eſt, cum Pontifici Romano antequam a Gothis occuparentur, vectigales eſſent Hiſpaniæ, ijs eiectis, Hiſpani nullum amplius vectigal Apoſtolicæ Sedi perſoluere voluerunt. Tres itaque hactenus dominij acquirendi modos ſtatuimus de iure gentium eſſe, occupationem, diuiſionem filiorum Noachi, & bellum; quibus in præſentiarum, ne vlterius vagemur, contenti ſumus. Mare igitur quando dominium patitur, vt demonſtrauimus, aliquo iſtorum modorum, vt cæteræ quoque res, in poteſtatem redactum fuiſſe oportet, occupatione ſcilicet ante diluuium, ſeu etiam poſt, ſi qua ipſius pars nulli adhuc fuerat attributa, vel fuerat derelicta; diuiſione inter Noachi filios facta, ac poſtremum bello. Sed hoc tum locum habet, cum vt in agris, ac prouincijs acquirendis, illas munitionibus firmandas ſtatuimus, ſic in mari claſſibus dominium tuentes, nos geramus tanquam dominos, & cæteros ea, quæ dominij ſunt, exercere prohibea-

1. Apud Xenoph. rer. Græcar. l. 1.

mus. [1] Notum eſt illud Callicratidæ ad Lyſandrum, qui cum Callicratidæ ſucceſſori naues traderet, ſe victorem, maris dominam tradere claſſem iactauit: cui Callicratidas, *Circumage*, inquit, *naues Epheſo ad ſiniſtram Sami, vbi Athenienſes in ſtatione ſunt, & mihi in Mileti portu claſſem trade, ſic maris imperium te obtinere conuinces*, Innuens, illum maris dominum appellari non poſſe, cuius dominium hoſtis impugnans numeroſa cum claſſe mari eodem nauigaret [2] Iaſon quoque Theſſalus, cum immenſam quandam ſibi Monarchiam animo moliretur, inter cætera, Athenienſes maris imperio ſpoliare, eoque ipſe potiri machinabatur, quod facile ſe præſtiturum exiſtimabat, cum claſſem commodius, quam illi, alere valeret. *Cum nos*, diſſerebat ille, *Macedoniam, vnde Athenienſes ligna ſumunt, poſſideamus, multo plures, quam illi, naues ædificare poterimus. Viris vero egregijs illas inſtruere melius, nunquid Athenienſes, qui vltima laborant paupertate, aut nos potius poſſe credendum eſt? Nautas vero nonne propter abundantiam, & quia alio quoque frumentum emittimus, alere Athenienſibus aptiores ſumus, quibus nihil commeatus eſt, niſi quod pecunia comparant? Præterea, nonne & hæc ipſa pecunia nobis copioſior eſt, qui non ex inſulis, ſed e Mediterraneis prouincijs fructus colligimus?* Sic ille materiem, naues, milites, nautas, commeatum, pecuniam ad acquirendum maris dominium neceſſaria

2. Ibid. l. 6.

eſſe

eſſe cenſebat. Sed præter hæc [1] Procles Phliaſius exigebat quoque portuum commoditatem, & earum artium experientiam, quæ ad nauticam, ac rem naualem faciunt. Statuimus itaque, ad imperium maritimum acquirendum iure belli (nam alij acquiſitionis modi tot apparatus minime requirunt) opus eſſe claſſe, qua hoſtem e mari pellamus: portubus quoque, in quibus claſſem tenere poſſimus: copia turbæ nauticæ, & rei naualis peritia, quibus non modo dominium acquiramus, ſed & illud nobis conſeruemus. Hinc, vt Athenienſes Æginetas, & Medos: Romani Carthaginienſes, Antiochum, & Philippum, hoſtes nauigare prohibeamus, faciamuſque cætera, quæ maris domini ſolent, vt hoc modo [2] actum externum edamus, quo dominium noſtrum appareat, cum animi actus minime ſufficiat. Cum namque dominium poſſeſſione maxime nitatur, quam non [3] adipiſcimur aut ſolo animo, aut ſolo corpore, ſed vtroque ſimul, oportet mare non modo occupare, ſed [4] & eo animo id facere, vt eius domini fiamus, & ab alijs pro dominis habeamur. Neque hic diſtinguimus inter naturalem, & ciuilem poſſeſſionē, ne nouam cum aduerſarijs quæſtionem inchoëmus, [5] qui naturalem tantummodo in mari admittunt, quæ ſi omittatur, ad primam naturam, hoc eſt ad communionem redire mare contendunt; ſufficit enim pro præſenti inſpe-

ctione

1. *Ibid. l. 7.*

2. *Grot. de Iur. bell. l. 2. c. 3. n. 11.*

3. *L. 3. ff. de acquir. poſſ.*

4. *Selden maris clauſ. l. 2. c. 43.*

5. *Grot. d. c. 3 n. 11.*

ctione docuiſſe, quo pacto dominium maris acquiratur, quo eodem pacto, & ipſius poſſeſſio acquiritur: nam ridiculi ſunt modi, quibus aliqui illam eſſe adepti ſibi ſunt viſi.[1] Caius ſiquidem Caligula, acie in Oceani litore ad Rheni oſtia inſtructa, baliſtis, ac machinis diſpoſitis, ſignoque pugnæ dato, nemine gnaro, aut opinante, quid moliretur, repente, vt conchilia legerent, galeaſque, & ſinus replerent, imperauit; atque hæc Oceani ſpolia Capitolio, Palatioque debita vocans, animos ſuſtulit, ac ſi Oceanum ſubegiſſet: &[2] Autharis Longobardorum Rex equum, cui inſidebat, ad columnam, in mari Rhegium alluente poſitam, adigens, illamque haſtæ cuſpide tangens, eouſque Longobardorum fines extendi dixit, quaſi illius maris poſſeſſionem eſſet adeptus; hoc idem &[3] Muzam, Sarracenorum Ducem, feciſſe legimus, cum in poteſtatem redacta Africa, ad Oceanum perueniſſet: in illum namque equo ſuperbe inuectus, vt ad ephippia fluctibus tegeretur, mare ſibi viſus eſt occupaſſe. Ridicula autem hæc appellauimus, quoniam ad adipiſcendam maris poſſeſſionem minime faciũt.[4] Alexander vero Macedo plus ſatis feciſſe videtur, qui magna cum claſſe Oceanum Indicum ingreſſus, non modo illo nemine reſiſtente nauigauit, ſed & aurea pocula, ſimul cum libaminibus, in vndas coniecit; vanæ enim ſunt eiuſmodi cæremoniæ, vbi quis domi-

1. *Dio Caſſ. l.54. Sext. Aurel. Vict. de Cæſar. l. 2.*

2. *Paul. Diac. de geſt. Longobard. l. 3. c. 16 Sigon. de regn. Ital. l. 1.*

3. *Aldrete Antigued. d'Eſpaña l. 4. c. 23.*

4. *Diodor. Sicul. Biblioth. l. 17. Iuſtin. c. 12.*

dominiũ maris acquiſierit,[1] cũ is mare poſſidere dicatur, qui ipſius habet imperium, & detentio facta per claſſes, pro quaſi poſſeſſione habeatur, vnde poſſeſſio maris cum dominio concurrit, ac ijſdem modis acquiritur. Alius eſt acquiſitionis imperij maritimi modus (quem tamen præceſſiſſe debet occupatio, aut alius ex prædictis)[2] conſuetudo, qua inducta,[3] non eſt amplius neceſſarius titulus, non ſolum, vt is probetur, ſed neque vt afferatur, etiamſi agatur contra ſuperiorem, & conſuetudo contra ius fuerit. Huic affinis modus alius eſt præſcriptio: nam vti ex conſuetudine[4] publico acquiritur: ita &[5] præſcriptione priuatis. Eſt & alius modus acquirendi dominij maritimi, ex[6] priuilegio Principis; ſed quoniam duo modi poſtremi priuatam iam cauſam reſpicere videntur, & ad priuatorum dominium, quod in aliqua maris portione acquiritur, ſpectare, eos tantum innuiſſe ſufficiat, cum non dominij priuatorum cauſa, ſed Principum, ac Rerumpublic. hæc nobis ſit ſuſcepta diſceptatio. Cæterum ex donatione etiam, ex emptione, alijſque titulis, quibus res in proprietatem tranſeunt, dominium maris acquiri poſſe cenſemus. Sed non eſt propoſitum omnes acquiſitionis modos, ſed primos tantum, ac præcipuos adducere. Conſuetudo autem non modus eſt proprie acquirendi dominij, ſed exceptionis genus, quo quis, qui mari potitur, nec titulum proferre

1. *Capoll. de ſeruit. ruſt. præd. cap. 26. n. 8. Gryphiã. de Inſul. c. 14 n. 61.*

2. *Gloſſ. in l. ſane ſi maris ff. de iniur. Faber in §. flumina, inſtit. de rer. diuiſ. n. 3 Bart. in l. iniuriarũ actio, §. ſi quis me, nu. 3 de iniur.*

3. *Franch. in c. non eſt n. 3. de conſuet. in 6. late Calder. conſ. 461 & conſ. 259. Archidiac. in c. ſeruitutũ 18 q. 2. & in c. 1. de præſcript. in 6.*

4 *Rol. a Val. conſ 5. n. 76. & ſeq. l. 1.*

5 *Angel. in l ſi. ff. de vſuc. & in d. l iniuriarum actio, § fin. & in §. & quidẽ. & in § flumina n 4. inſtit. de rer. diuiſ. Bald in rubr. ff eod. n 4 & ubj per Pac. de mari Adriat.*

6. *Gloſ. in d. l. ſane ſi maris.*

aut

aut vult, aut poteſt, ſe tueri valeret, vt in ſumma modi acquirendi dominij maritimi tres illi ſint occupatio, partitio, & bellum. Videamus modo, acquiſita maris poſſeſſio quomodo retineatur. Maris itaque dominus, vt imperium maritimum tueatur, claſſe eget in ſuis portubus diſpoſita, qua mare ſecurum reddat a piratis, & inſpernentes imperium animaduertat.[1] Sic Romani claſſibus ad Miſenum, & Rauennam poſitis, Mediterraneum tuebantur; quod etiam in Oceano Britannico [2] faciebant: & [3] Edgarus Anglorum Rex, ſingulis annis poſt Paſchalem ſolennitatem, coactis nauibus, ſua maria viſitabat, ne quid piratę turbarent: ſed omnes paſſim maris domini claſſem habent in ſuis portubus, non modo qua piratas perſequantur, ſed qua etiam vectigalia, tributa, ac portoria exigant, quibus claſſem alant; & multi, non niſi cum venia, amicos etiam nauigare permittunt, aliaque faciunt, de quibus mox diſſeremus. Sed ſuper alia ad conſeruandum maris imperium omnino neceſſaria eſt in re nautica diligentia, ac bona diſciplina, quibus ſingula apte collocentur, & diſponantur, quibuſque [4] Rhodij excellentes, longo tempore mari imperarunt. Non tamen ſemper numeroſa, ac præpotens habenda eſt claſſis, vt putant viri doctiſſimi, qui maris imperium tenere autumant eos, qui armatis nauigijs præpollent; ſed vbi deuictis hoſtibus, atque occupata

1. *Veget. de re milit. l. 4. c. 31.*

2. *Tacit. hiſt. l. 4.*

3. *Selden. loc. cit. l. 2. c. 10. ex Malmerburieſi. Honendenio, & Florentio.*

4. *Strabo l. 14 Geograph.*

pata

pata maris poſſeſſione, ipſius dominus quis eſt effectus, & ab alijs pro domino habetur, claſſe, quæ ſufficiat ad ea facienda, quæ indicia dominij ſunt, quæque ſupra numerauimus, dominium ſibi tuetur, cum id ſemel acquiſitum, & cum pace retentum, non facto amplius, ſed iuri innitatur. Defenditur itaque, ac retinetur maris imperium, & poſſeſſio claſſe, bonaque diſciplina ac diligentia; [1] atque vbi ita anguſtum eſt mare, vt e terris nauigantes ad parendum cogi poſſint, arces quoque ſunt vtiles, quibus Rex Daniæ ad fretum Oreſundæ, & Turcarum Imperator, in faucibus Helleſponti, ad maritimum imperium exercendum vtuntur.

1. Grot. d. c. 3. nu. 13. in fin.

De effectibus, ac viribus dominij maritimi.

CAP. XVIII.

XERSES Perſarum Rex [2] Helleſponto nauibus occupato, iniectoque ponte Europæ Aſiam coniunxerat; cumque oborta tempeſtate, diſiectis nauibus, pontem Helleſpontus abſorbuiſſet, iratus Xerſes mari compedes inijci, verbera infligi, ſtigmata inuri mādauit; Et [3] Canutus Anglorum, ac Danorum Rex, ſolio ad maris æſtum poſito diſcumbens, ipſumque mare alloquens; *Tu meæ ditionis es,* inquit, *& terra, in qua ſedeo mea eſt, nec fuit, qui meo*

2. Herodot. in Polymn.

3. Cambden. in Britan. Henric. Huntidorien l. 6. Florileg. ann. 1035.

R *impune*

impune reſiſteret imperio. Impero igitur tibi, ne in terram meam aſcendas, nec veſtes, nec membra dominatoris tui madefacere præſumas. Atqui mare non obediens, ſed æſtu ſolito inundans, pedes Regis, & crura impudenter madefecit. Vterque ſane dominio maris abuſus eſſe videtur, ac maritimi imperij effectibus, & viribus plus ſatis fuiſſe confiſus: ſed vt ille ſuperbiæ exemplum edidit incomparabilis, ſic iſte imitandæ humilitatis ſpecimen præbuit. Non enim temere præcepit mari, quod illud ſciebat minime præſtiturum, ſed prudenter, ac pie, vt imbecillitatem dominantium aulicis adulatoribus oſtentaret: Ideoque perfuſis pedibus, cruribuſque e ſella reſiliens, neminem Regis nomine dignum eſſe pronunciauit, præter illum vnicum, cuius nutui terra, mareque obediret: Ac proinde Regium Diadema depoſuit, illudque Seruatoris Imagini, Cruci affixæ, conſecrauit. Sic vt ſuperbe ille, ac inaniter ſuam impotentiam patefecit, ita iſte prudenter, ac pie, quatenus dominari, ac regnare hominibus liceat edocuit, eoſque elementis haud poſſe imperare demonſtrauit. Surda namque ſunt elementa; & humanis non ſolent obedire mandatis. Sic terra plerunque minime reſpondet votis agricolæ, & mare nauigantis preces non exaudit.

Verba miſer fruſtra non proficientia perdo:
Ipſa graues ſpargunt ora loquentis aquæ.

Que-

Digitized by Google

Querebatur naufragus [1] Ouidius: quamobrem non eſt cur maris dominator in illud ſibi δεσποτικὸν imperium arroget, quaſi necis, ac vitæ ſit dominus, ſed hoc imperium ſuos habere limites putet, & ſe in elementa non habere authoritatem. Poſtquam itaque maris imperium aſſeruimus, videamus quouſque extendatur, quique ſint ipſius effectus, & vires, ne dominus maris plus, quam par ſit, ſibi aſſumat. Maritimi itaque dominij effectus circa maris vſum, ac vſumfructum potiſſimum verſantur, cum in reliquis nulla ipſius, vt neque telluris, vtilitas appareat. Vſus autem maris [2] cum multiplex ſit, vt bibere, veſci, lauari, natare, & huiuſmodi, nauigatio, & piſcatus ſolis hominibus accommodantur, cætera brutis quoque ſunt communia. Hinc qui maris dominium tenent, illud in nauigatione tantum, ac piſcatu exercere ſolent, & quoad vſumfructum ea, quæ in ſuo mari naſcuntur, & continentur, ſui eſſe iuris præſeferunt; Quo [3] iure Boruſſiæ Princeps ſibi vendicat ſuccinum, quod fluctus ad litus proijciunt; & [4] Inſulæ in mari natæ eius ſunt, cuius eſt mare, & proximum litus. Sed, vt dicebamus, maritimi dominij effectus, circa nauigationem, & piſcatum maiori ex parte verſantur. Quodque ad nauigationem attinet, [5] poteſt maris dominus omnibus nauigationem interdicere, vel permittere, impoſitis vec[illegible] utiſque: & cum nauigatio aut

1. *Triſt. l. 1. eleg. 2.*

2. *Fab. in §. litorum, n. 3. inſt. de rer. diuiſ.*

3. *Schneid: inſtit. eod. §. & quidẽ, n. 5.*

4 *Gryphiãd. de Inſul. c. 10 n. 30. & ſeqq.*

5. *L. ſane ſi maris, ff. de iniur. vbi eſt caſus ſecũdũ Raymundum de Forliuio quẽ ſequitur Iaſ. in repetit. l. quo minus ff de flumin. Angel. de Peruſ. cõſ. 290. Io. de Anan. in c. 2. de cleric. venat. Bald. in rubr. ff. de rer. diuiſ n 4. & 5. Cepol. de ſeruit. ruſt. præd. c. 26. nu. 10. & alij per Pac. de mari Adriat. mihi pag. 38.*

armata ſit, aut inermis, armataque iterum duplex ſit, aut priuati alicuius piratæ, aut claſſis, ſeu nauium Principis alicuius: illa non ſolum a Domino maris poteſt interdici,[1] ſed iure gentiũ interdicta eſt, poſſuntque piratæ a quocunque capi, & ſpoliari. Sic Romani olim in piratas inſtruxere claſſes, & noſtris temporibus Hieroſolymitani milites, Magnus Dux Hetruriæ, cæterique, etiam in alieno mari in illos animaduertunt, vt in commerciorum, ac humanæ pacis hoſtes, & [2] Pontificia excommunicatione proſcriptos, ac deteſtabiles. Hæc autem in duplici eſt differentia; Aut enim eſt claſſis Principis alicuius, qui maris Domino eſt hoſtis: aut amici. Hoſtis autem nauigatio nõ modo iure gentium, aut belli, ſed [3] ipſo iure naturæ impediri poteſt: Quid enim magis eſt ſecundum naturam, quam ſe tueri, & hoſtes a ſuis finibus arcere? Sic legimus Iephten iuſte contra Ammonitas bellaſſe, illoſque a finibus Iſrael arcuiſſe. *Cumque hoc*, vt [4] aiebat ille, *& ratio doctis, & neceſſitas Barbaris, & mos gentibus, & feris natura ipſa præſcripſerit, vt omnem ſemper vim, quacunque ope poſſent, a corpore, a capite, a vita ſua propulſarent, ac ſe ſuaque defenderent*, minus eget probatione. Quod autem impediri poſſit amici Principis armata nauigatio, minus quidem iuris habere videtur; id factum tamen identidem reperitur, vt exercituum per terreſtria itinera tranſitus, ad remouen-

1. *Angel. de Peruſ. d. conſ. 290. in princ.*

2. *Graſſ l. 4. decis c. 18. nu. 53.*

3. *Grot. de iure bell. l. 1. c. 2. n. 2.*

4. *Cicer. pro Milon.*

uendas ſuſpiciones, ac pacem ſeruandam. Sic Rex [1] Erythras in mare Rubrum ſtatuit, neminem Ægyptiorum cum naui longa ingredi poſſe, ſed vt vna tantũ oneraria in eo vterentur conceſſit: & Athenienſes, poſt pacem cum Barbaris initam, non modo eos cũ armatis nauigijs extra Cyaneas, & Chelidonias nauigare [2] vetuerunt, Cimonis tempore, & poſt prælium ad Salaminã extra [3] Cyaneas, & Phaſidem, ſed etiam, poſt [4] victoriam ad Eurymedontem, a mari Græco curriculum equi abſtinere illos iuſſerunt. [5] Antea quoque Æginetis pollices crudeliter prçciderant, ne remũ poſſent agere: ac poſtea Lacedæmonijs, ſocijſque nauigationis modum præſcripſerunt, ne ſcilicet [6] naui longa nauigarent, ſed alijs nauigijs vterentur, quæ remis acta vecturam quingentorum talentorum non excederent. Atque adeo recepti iuris erat apud Græcos hic mos armata nauigatione, etiam amicos, prohibendi, vt cum inter [7] Athenienſes, Argiuoſque conueniſſet, vt populus vterque alterius hoſtes, per ſuos fines iter facere, prohiberet, cum Athenienſes Lacedæmonios, amicos ſibi quidem, ſed Argiuis hoſtes, præternauigare permiſiſſent, Argiui de hoc, tanquam de iniuria, ſint queſti. [8] Carthaginienſes quoque tribus fœderibus, quæ cum Romanis ante primum bellum Punicum icerũt, nauigationem quidem per reliqua maria conceſſere, ſed vltra Pulchrum promontorium de-

1. *Philoſtrat. de vit. Apollon. l. 3. c. 11.*
2. *Plutarchi in Cimon.*
3. *Diodor. Sicul. Biblioth. l. 12.*
4. *Plutarch. loc. cit. Ariſtides in Panathen.*
5. *Cic. de offic. lib. 1. Valer. Max. l. 9. c. 2.*
6. *Thucid. l. 4.*
7. *Idem l. 7. Grot. de iur. bell. l. 2. c. 3. n. 13.*
8. *Polyb. l. 3.*

1 *Liu. l. 30. in fin.* negarunt.[1] Verum Romani, parta de ipſis victoria, eos viciſſim nauigare vetuerunt, eorumque

2 *Epit. Liuij l. 48 in fin.* roſtratas naues omnes Scipio incendit.[2] Cumque deinceps ij contra fœdus, ac inita cum Romanis pacta, materiem ad naues extruendas collegiſſent, eorum Senatus ſeuere caſtigatus eſt. Ijdem

3 *Liu. l. 33.* quoque[3] Romani Philippum Macedoniæ Regẽ vſu maris priuârunt, ademptis nauibus omnibus, ipſa Regia comprehenſa, inhabilis prope magnitudinis, quam ſexdecim remorum verſus

4 *Idem l. 38* agebant;[4] Cumque pacem Antiocho Syriæ Regi darent, longas omnes naues illum tradere coëgerunt, ornamentaque earum, ac vetuerunt illum plures, quam decem naues actuarias, nulla quarum plus quam triginta remis ageretur, habere, aut monerem ex belli cauſa, quod illaturus eſſet, aut nauigare citra Calycadnum, & Sarpedonem promontoria, extra quam ſi qua nauis pecuniam, ſtipendium, aut legatos, aut obſides

5 *Appian. in Illyric.* portaret.[5] Illyrios quoque ad paciſcendum compulere, ne vltra Leſſiũ pluribus quã duobus lembis, ijſq; inermibus nauigarent. Ac vt ad eos, qui noſtris temporibus imperant, veniamus, Veneti neminem armatis cũ nauigijs Adriaticũ ingredi patiuntur, vt ſupra narrauimus; & Hiſpani ab Oceano Indico exterorum claſſes arcent, capitali impoſita pœna nauigantibus: vt etiam in Oceano Germanico Hollandos armatis cum nauibus nauigare vetuerunt in inducijs, quæ inter ipſos

anno

Digitized by Google

anno a Chriſto nato CIƆIƆCIX. ſunt factæ. Ac viciſſim Hollandi in ſuo mari ijs armatam nauigationem interdixere. Suecus quoque, maris Balthici dominium ſibi aſcribens, ſuperioribus annis pacem cum Cæſare facturus, volebat, vt ille ex eo mari armata omnia nauigia abduceret. Et [1] Angli, quamuis amicos Principes per mare Anglicum armata cum claſſe nauigare minime prohibeant, exigunt tamen, vt armata nauigia, vbi in Regias inciderint naues, in recognitionem maritimi dominij, ſumma vela demittant, capiuntque tanquam hoſtes, qui hoc non obſeruant; & quoniam, ſæuiente inter Hiſpanos, ac Hollandos bello, ſæpe euenit, vt cum vtrique Anglis ſint amici, in Anglico mari ſibi occurrentes, manus conſerant, [2] Rex Iacobus, certos fines deſcripſit, intra quos neutri fas eſt alterum inuadere, facultate permiſſa, vt in reliquo mari, ſuo iure ac viribus vtantur, cum alias hoſtem in [3] ſolo pacato offendere non liceat. Quod autem ad inermem, & pacificam nauigationem ſpectat, ea quoque aut omnino interdici, aut [4] vectigalibus portorijſque ſubijci poteſt. Illam certe Carthaginienſes Romanos exercere vltra Pulchrum promontorium vetuerunt, non modo armatam, vt diximus, ſed inermem quoque. Nam [5] Polybius ait, ideo illos hanc nauigationem interdixiſſe, ne in Romanorum notitiam venirent loca Syrtibus proxima, quæ ipſi propter ſer-

1. *Seld. mar. clauſ. lib. 2. c. 26.*

2. *Ibid. c. 22.*

3 *Grot. de iur. bell. l. 3. c. 4. n. 8.*

4. *Iuribus ſup. allatis.*

5. *Loc. cit.*

Digitized by Google

fertilitatem Emporia appellabant: ac proinde nõ modo armata, ſed & inermi nauigatione Romanos oportet fuiſſe prohibitos. Sic Hiſpani omni prorſus nauigatione ad Indos arcent exteros, & Dani [1] ad Iſlandiam, cæteraſque Hyperboreas inſulas nauigationem impediunt, & non niſi habita ab ijs venia, conceditur appulſus. Portoria autem, ac vectigalia nauigantibus [2] Athenienſes primi impoſuiſſe dicuntur, capta Chryſopoli, quæ ſoluebant ij, qui in Pontum nauigabant, vnde [3] & decimam maris Athenienſes vendebant. [4] Byzantij etiam omnes in Pontum itidem nauigantes vectigales habuere. [5] Romani quoque mari Rubro vectigal impoſuerunt, ac deinceps eorum Cæſares portoria, & tributa a nauigantibus exigere ſunt ſoliti. Noſtris vero temporibus [6] Galli inter cætera Admiralio ſuo concedunt, vt capere poſſit in mari nauigia, quæ frumentum, biſcoctos panes, aliaſq; merces non permiſſas deferunt abſque venia, atque inſuper exigunt vectigalia; quod & faciunt [7] Angli. [8] Veneti quoque noſtrorum armis, & fame afflicta Rep. mari Adriatico nauigantibus vectigalia impoſuere, Laurentio Theopulo Duce: quo tempore lata lex ad hunc vſque diẽ ſeruatur, creatuſque Magiſtratus, cum nauigijs attributis, ne legi fiat fraus, diu noctuque vtriuſque litoris plagas, portuſque perluſtrat. [9] Rex quoque Daniæ ad Sundam Balthici euripum tributũ exigit ab ijs,

qui

1. Pontan. diſcuſſ. hiſtor. l. 1. c. 21.

2. Polyb. l. 4.

3. Demoſthen. in Leptinem.

4. Polyb. d. l. 4

5. Plin. l. 19. Strab. l. 17. Polyb. Procop. de arcan. hiſt. cũ alijs laudatis per Grot. de iur. bell. l. 2. c. 3. n. 14.

6. Popellinier. en l'Admiral. de France. Chap. 12.

7. Seld. d. l. 2. c. 15. & ſeq.

8. Blond. decad. 2. l. 8.

9. Gryphiand. de Inſul. c. 3. n. 53. & c. 25. nu. 39.

qui illud mare ingrediuntur: in ſumma (nam longum nimis eſſet eos recenſere omnes, qui a nauigantibus exigunt vectigalia) [1] mari imponi poſſunt paſſagia, vt appellant, & tributa, quidquid dicant [2] nonnulli, qui Dominos maris hæc facere poſſe negant, [3] cum ijs iuribus, quibus eorum opinio nititur, communi totius orbis vſu derogatũ ſit. Et præter hæc maris Dominus [4] naufragia alicubi colligit (quamuis hoc, & quidem iure, [5] antiquatum fuerit) & nauigandi veniam concedit: Ij quoque, qui maris obtinent principatum, ne quiſquam alius a nauigantibus exigat vectigalia præſtare ſolent. Et [6] cum Byzantij nauigantibus in Pontum, vt modo dicebamus, tributum impoſuiſſent: Rhodij, qui tunc temporis mari dominabantur, vniuerſa ferè ſuffragante Græcia, illud aboleri voluerunt. Et hæc de effectibus maritimi dominij, qui ad nauigationem ſpectant, dicta ſint. Quod ad piſcatum attinet, eodem [7] fermè iure cenſetur, quo nauigatio; nam & piſcari poteſt princeps prohibere in aliqua maris parte, vel illud vectigale facere, vt venationem in terris, [8] cum nihil aliud ſit piſcatus, quam venatio in mari. Sic a Romanis quōdam maris portiones priuatis fuere conceſſæ, in quibus

1. Bald. in rubr. ff. de rer. diuiſ. n 5. Gryphiand. de Inſul. cap 14. n 63. Sali. in l. 3. C. de nautic. fœnor. late Bertach. in tract. de Gabell. par 1. q. 6. nu. 19. & ſeq. Angel. in l ſane ſi maris nu. 3. ff. de iniur. & conſ. 290. Ripa in l. ſi inſulã nu. 22. ff. de verb. oblig. Capol. l. c. 26. a n. 10. add. ad Bart. in l. iniuriarum actio. ff. de iniur. ad lit. B. & alij per Pac. de mari Adriat.

2. Angel. in l. prætor ait. § prætor. n. 2. ff ne quid. in loc public.

3. Bald. in rubric ff de rer. diuiſ. Capoll. de ſeruit ruſtic. prædior. c. 26 nu. 10. Ang. cōſ. 289. Pac. de domin maris Adriat. pag. [illegible]

4. B. Reip. l 1 c 10 Bald in d. rubric. num. 4. & 5 Art. in §. flumina. inſtit eod. Bald. in tractat. de præſcript. 5. p. princ 4 part. q. 7. Cranett. de Antiq. tep. 4. part. c. materia iſta. n 80. Caiet. to. 1. opuſ. trac. 17 c 12. Medin. c. de reſtitut q. 12. Sot. l. 4. de iuſt. q. 6. art. 4. Leſſ. de iuſtit. l. 2. c. 5. dubit. 7. Gryphiand. de Inſul. c. 14. nu 63.

5. In Bull. Cœnæ.

6. Polyb. l. 4.

7. L. venditor fundi. ff. commun. præd. & dict. l. ſane, & ibi gloſ. & Doctores

8. Plato in Sophiſta.

bus, excluſis alijs, ſoli piſcarentur. Et Leo Imperator modum his priuatis piſcinis præfiniuit. Quin [1] imo quorundam piſcium capturam legimus non fuiſſe permiſſam aliquando. Et idem Leo Imperator plagarum, ac retium raritatem deſcribit, quo piſciculi euaderent, atque adoleſcerent, neque ideo piſcium caritas conſequeretur, quod parui nimis caperentur, impediretur que eorum propagatio. [2] Angli quoque halecum piſcatum nonniſi cum tributo concedunt, eademque [3] ratione piſcatus, & iura *piſcariarum*, vt aiunt, in Adriatico ſunt de regalijs Principis Veneti, ideoque ea interdicere, permittere, & ſuper iis tributa poteſt imponere; [4] Cete quoque, alijque grandiores piſces, in litus eiecti, ex iure apud Anglos, & Luſitanos, alioſque receptiſſimo, non occupantis fiunt, ſed aut fiſci ſunt, aut eorum, quibus Princeps ius illud indulſerit. Quod autem de piſcibus diximus, id quoque de cæteris rebus, quæ extrahuntur e mari, fieri conſueuit, vt ſunt Coralia, Margaritæ, Succinum, & ſimilia. Atque vt paucis expediam, vel ipſa concedente [5] Satyra,

Quicquid conſpicuum, pulchrumque ex æquore toto eſt,
Res fiſci eſt vbicunque natat.

Ideoque nonniſi cum domini venia indagari, extrahique permittitur. Atque hęc habere locum in ijs, quæ in mari naſcuntur, cenſerem; nam

1. *d. l. venditor fundi.*
2. *Selden. d. l. 2. c. 21. Pontan. diſcuſ. hiſtoric. l. 1. c. 14.*
3. *Peregrin. de iur. fiſc. l. 8. c. 43.*
4. *Cabed. deciſ. Luſitan. par. 2. dec. 48.*
5. *Iuuenal. Satyr. 4.*

cætera,

Digitized by Google

cætera, quæ in eo inueniuntur quidem, ſed aliunde fuerunt allata, veluti [1] Delphica quondam menſa a piſcatoribus, euerriculum trahentibus, in Mileſia regione extracta; & ſporta auri obſuta,[2] quam apud Oſtiam piſcatores ceperunt, ad naufragiorum leges reijcerem, ſecundum quas de ijs iudicaretur, cum hæc maris fructus minime poſſint appellari, ſed naufragorum bona. De his autem, quæ e pelago extrahuntur, apud Gallos [3] Regia conſtitutione cautum eſt, trientem ad Regem pertinere, tãtundem ad maris Præfectum, ac reliquum ad claſſiarios repertores. Et hæc de nauigatione, ac piſcatu dicta ſufficiant. Supereſt alius maritimi dominij effectus: [4] nam maris dominus in ſuo mari, tanquam in ſuo territorio, delinquentes capere, & punire poteſt; cuius rei cum quotidie videantur exempla, conſulto de ea vberius diſſerere omittemus, vt etiam de eo omittemus fuſius agere, quod ſupra innuimus, quodque a pleriſque maris dominis exigi ſolet, [5] vt ſcilicet præternauigantes, qui in naues domini maris inciderint, ſumma vela demittant, quod in recogniti dominij ſignum deberi cenſetur. E contra autem maris dominus [6] tenetur illud purgare, & tutum ac ſecurum reddere a piratis, ſubditoſque [7] defendere, [8] ac nauigationem iuuare per ignes nocturnos, ac breuium ſigna, quibus nauigantes admoneantur, eodem ferme pacto,

1. *Plutarc. in Solon. Valer. Max. l. 4. c. 1.*
2. *Sueton. de clar. Rhetor. in princ.*
3. *Edict. Frãc. Primi ann. 1543. art. 11. Chop. de dom. Franc. l. 1. tit. 15. & edict. Franc. tom. 3. tit. 2. Seld. d. l. 1. c. 18.*
4. *Bart. in tract. de Inſul. Caſtrenſ. in l. Inſulæ, in 1. lect. n. 3. ff. de iuriſd. & in l. deprecatio, n. 6 ff. ad l. Rhod. de iact. Petr. Gherar. ſing. 15. Capol d. c. 26. cum alijs per Pac. loco cit.*
5. *Selden. mar. clauſ. l. 2. c. 26. Pontan. d. l. 1. c. 16*
6. *Bald. in l. fin. C. de capt. & in § cõuenticulas, de pact. iur. firm. Alex. in l. ne quid. ff. de incend. ruin. naufr. & conſ. 88. nu. 3. vol. 5. & laudati p Pac. loc. cit.*
7. *Laudati per eund.*
8. *Grot. de iure bell. l. 2. c. 3. nu. 16.*

Digitized by Google

cto, quo terreſtria itinera pacata, ſecuraque, ac peruia Principes debent præſtare.[1] Cum namque dominium maris nihil differre a Monarchijs, alijſque terrenis Imperijs, ſupra firmatum ſit, æque maris Domino contendendum eſſe definimus, vt facilem, tutamque ſui maris nauigationem reddat nauigantibus, ac prouinciarum, terrarumque Dominis muniendæ ſunt viæ, quo expeditæ, ac minime infeſtæ iter facientibus pateant; vt qui fluctibus, ventiſque ſe, ac ſua committunt, cum aduerſus horum iniurias a Domino maris, cui vectigalia ſoluunt, quantum fieri poteſt, protegantur, tum a prędonum inſidijs liberi, inter vndas, procellaſque, in protectione Principis inueniant ſecuritatem.

1. Cap. 16. ex Iſocrat. in orat. de Pac.

PETRI BAPTISTÆ BVRGI

DE DOMINIO

SERENISSIMÆ

GENVENSIS REIPVBLICÆ

IN MARI LIGVSTICO.

Liber Secundus.

Liguſtici maris confinia, & vnde illud, Liguria, ac Ligures dicta ſint.

CAPVT PRIMVM.

PER externa vagati hactenus maria, non ſolum pelagi haberi poſſe dominium demonſtrauimus, argumẽtis eorum, qui in aduerſa opinione ſunt, confutatis; ſed præterea, quale illud dominium ſit, quomodo acquiratur, quo pacto conſeruetur, ac demum qui ſint ipſius effectus, & vires edocuimus. Hæc autem nobis ideo fuit ſuſcepta diſceptatio, vt Dominiũ Sereniſſimæ Genuenſis Reipublicæ in Mari Liguſtico propugnaremus; Cumque de omnibus ferme populis, qui mare accolunt, quique illius imperium aut exercuere, aut exercent,

ĉto, quo terreſtria itinera pacata, ſecuraque, ac peruia Principes debent præſtare.[1] Cum namque dominium maris nihil differre a Monarchijs, alijſque terrenis Imperijs, ſupra firmatum ſit, æque maris Domino contendendum eſſe definimus, vt facilem, tutamque ſui maris nauigationem reddat nauigantibus, ac prouinciarum, terrarumque Dominis muniendæ ſunt viæ, quo expeditæ, ac minime infeſtæ iter facientibus pateant; vt qui fluĉtibus, ventiſque ſe, ac ſua committunt, cum aduerſus horum iniurias a Domino maris, cui veĉtigalia ſoluunt, quantum fieri poteſt, protegantur, tum a prędonum inſidijs liberi, inter vndas, procellaſque, in proteĉtione Principis inueniant ſecuritatem.

[1] Cap. 16. ex Iſocrat. in orat. de Pac.

P E-

PETRI BAPTISTÆ BVRGI

DE DOMINIO

SERENISSIMÆ

GENVENSIS REIPVBLICÆ

IN MARI LIGVSTICO.

Liber Secundus.

Liguſtici maris confinia, & vnde illud, Liguria, ac Ligures dicta ſint.

CAPVT PRIMVM.

PER externa vagati hactenus maria, non ſolum pelagi haberi poſſe dominium demonſtrauimus, argumētis eorum, qui in aduerſa opinione ſunt, confutatis; ſed præterea, quale illud dominium ſit, quomodo acquiratur, quo pacto conſeruetur, ac demum qui ſint ipſius effectus, & vires edocuimus. Hæc autem nobis ideo fuit ſuſcepta diſceptatio, vt Dominiũ Sereniſſimæ Genuenſis Reipublicæ in Mari Liguſtico propugnaremus; Cumque de omnibus ferme populis, qui mare accolunt, quique illius imperium aut exercuere, aut exercent,

verba fecerimus, de noſtro hoc tacuimus, ſeorſim ac fuſius de ipſo acturi, tanquam de eo, cuius gratia de cæteris verba ſunt facta. Iam porro ingrediamur noſtrum hoc mare, & cognitis vndis, natiuique aëris aſpiratione, inſolitis iactatos fluctibus, nauſeanteſque animos recreemus. Mare Liguſticum ea Mediterranei pars eſt, quæ oſtia Vari, ac Macræ fluuiorum interiacet, Liguriam maritimam, & Corſicam alluens. Continet autem ſecundum latitudinem, quidquid maritimarum aquarum eſt a parte quadrageſima cum triente, a freto ſcilicet, quod Corſicam dirimit a Sardinia, vſque ad partem quadrageſimam tertiam, cum quatuor quintis, intimum ſinus receſſum Genuam; ſecũdum longitudinem vero, a parte vigeſima nona, oſtio Vari, vſque ad partem trigeſimam ſecundam, cum tribus quintis, oſtium Macræ; ita vt ipſius longitudo ſit trium partium, cum tribus quintis, latitudo partium trium, cum ſeptem quintisdecimis, vt e [1] tabulis Geographicis rationem ſubduximus. Poſuimus autem ſecundum longitudinem huic mari terminos oſtia Vari, ac Macræ, vt potiorem [2] ſcriptorum partem ſequeremur, ad ea reſpicientes confinia, quæ hodie Liguriæ aſſignantur, cum alioquin nos minime prætereat, eos priſcis temporibus a [3] Maſſilienſi portu ad [4] Arnum fuiſſe protenſos: imo etiam ab oſtio Rhodani, oſtium Tyberis attigiſſe, ſi vetuſtiſſimam Liguriæ diuiſio-

1. *E Tabula Italiæ Io. Antonij Magini.*
2. *Plin. hiſt. nat. lib. 3. c. 5. Ptolem Geogr. l. 2 c. 10. & lib. 3. c. 1 Boccac. de marib. in verb. Liguſtinũ mare. Blond Ital. Illuſt. in Ligur.*
3. *Dionyſ. Afer de ſit. orb.*
4. *Bocc. loc. cit. Cluuer. Ital. antiq. l. 4. c. 17.*

Digitized by Google

ſionem admittamus. At ſecundum latitudinem in eo Corſicam comprehendimus, cùm hæc Inſula, communi [1] Geographorum conſenſu, in mari Liguſtico collocetur. Abundat hoc mare adeo piſcibus, vt e Liguria ſaliti in Ciſalpinam Galliam, Romam, alioque exquiſitiſſimi deferantur; falſaque conuincitur cauillatio, qua illud eſſe ſine piſcibus vulgus mentitur; ac prætereа non minus celebris apud exteros, quam accolis vtilis eſt Coraliorum piſcatus, [2] quæ ex hoc mari extrahuntur nobiliſſima, ac in remotiſſimas etiam regiones exportantur. Profundum eſt maxime, pluresque habet, ac inſignes portus, quidquid dicant alij, qui præter vnum Monæci, in Liguria eſſe omnino [3] nullos aſſeuerant; poſt oſtium etenim Vari, portus eſt Herculis, vulgo *Villafranca*, qui ſpectat ad Allobrogum Duces: Sequitur portus Monæci, cuius oppidum Principi, ex antiquiſſima Grimaldorum familià paret; inde in Genuenſis Reipublicæ ditione, Vada Sabbatia, portus Saonenſis, Genuenſis, Delphinis, Segeſtæ Tiguliorum, ac Lunenſis, vulgo portus Veneris, qui ampliſſimi ſinus ſpeciem præſefert, ac plures, tutiſſimoſque portus comprehendit. In Inſulis autem, in Capraria ſecuriſſima ſtatio nauigijs omnis generis commoda eſt. In Corſica vero, portus Sancti Florentij, Bonifacij, ſeu Syracuſanus, portus Vetus, ſeu Philonius, ſinus Adiacenſis, Caluenſis,

1. Plin. d. l. 3. c. 6. Mela l. 2. c. 5. ex quo Cluuer. in Corſica explicat Plinium obſcurius ſcribentem. Solin. Polyhiſt. c. 7. Martian. Capell. l. 6. Iſidor. l. 14. Etym. c. 6. Bordone Iſolario in Corſic. Ferrarius in Lexic. Geograph. In Corſica. alij.

2. Solin. d. c. 7.

3. Strabo Geogr. l. 4. Fr. Leãdro Alberti nella deſcrittione della Riuiera di Genoua.

Digitized by Google

aliјque nauigantibus patent. Inſulas complures circumfundit, quarum maxima Corſica eſt, ferocitate canum, ac vinorum excellentia inſignis, cuius ambitus CCCXXV. M. P. eſſe cenſetur. Huius Inſulæ Regno nomine Genuenſis Reipublicæ Gubernator præeſt, qui in eam prouinciam altero quoque anno Genua mittitur; ſuntque in illa munitiſſimæ arces, ac frequẽtiſſima oppida, quæ ſtrenuos, indefeſſoſq; milites, ne dum Reip. Genuenſi, ſed Pontifici etiam Romano, Venetiſque, ac aliјs Principibus ſuppeditant. Eſt & Capraria, cum arce ad portum inexpugnabili, quam Genuenſium præſidium cuſtodit, cuius ambitus XXX. M. P. complectitur, & Gorgo ambitus V. M. P. deſerta & inculta, quæ ſola Hetruriæ Magni Ducis Dominio ſubiecta eſt, cum cæteræ Gallinaria (ſic [2] a gallinis ruſticis appellata) ad oram Occidẽtalem prope Albingaunum ſita, illaque, quæ Naulo, atque alia Tyrus nomine, quæ Lunenſis portus Occidentali promontorio adiacet; & nonnullæ aliæ paruæ Inſulæ, quæ Corſicæ adhærent, deſertæ etiam omnes, & incultæ, in Genuenſis Reipublicæ ditione ſint. Liguſticum [3] autem appellatur hoc mare a Liguribus accolis, & adiacente Liguria, a qua etiam Liguſtinum [3] denominatum reperimus. Sed Liguriæ, ac Ligurum nomen vnde manârit, haud ita facile definiri poteſt. [4] Aliј ſiquidem ἀπὸ λιγύρου ποταμοῦ, a Ligyro flumine deducunt, quod in

1. Magin. in Corſica.

2. Varr. de re ruſt. l. 3. c. 9. Columell. l. 8. c. 2.

3. Iſid. Etym. l. 3. c. 16.

4. Flor. lib. 2. c. 6. Solin. & Boccac. loc. citat.

5. Euſtat. in Sch. ad Dion. περιήγησιν & Stephan. in verb. λίγυες.

Digitized by Google

Liguria ponunt; [1] alij a Ligo, ſeu Ligure, aut Ligyſto Phaëtontis filio; [2] alij a Ligure Gallo, qui Herculi apud Maſſiliam ſeſe oppoſuerit; [3] alij a legendis leguminibus; [4] alij demum a Ligone Iaphetida, qui eam regionem primus habitârit. Veruntamen quę de Ligyro flumine afferuntur, nullius ponderis ſunt, [5] cum eius nominis fluuius in Italia fuerit omnino nullus; Quæ de Phaëtontis filio, ac Ligure Gallo dicuntur, fabulæ ſunt, & Poëtarum commenta; quæq; de legendis leguminibus adducuntur, minime ad rem pertinent, cum Liguriæ vocabulum, apud Græcos etiam vſitatum ſit, a quo Latini ſuum effinxere, vnde perperam Latina ipſius aſſignatur origo. Vero propius accedunt, quæ de Ligone Iaphetida memorantur; Aut conijcere poſſumus, primos illos, qui poſt factam linguarum diuiſionem in Liguriam venere, regionem לוּגִי hoc eſt, [7] Rufam, ac Rubeam Syriaca lingua ideo appellauiſſe, quod Liguriæ promontoria, ac ſcopuli primo rufi appellentibus apparuerint, cum eius ora maritima huius coloris, propter ſaxorum ariditatem, eminus conſpicientibus videatur; vnde noſtris etiam temporibus, mons Rubeus in ora Genuenſi Orientali, & Capita rubea, ſeu Rubeum promontorium in ora Prouinciæ Narbonenſis, (quæ antiquæ Liguriæ pars erat) appellantur. Seu Hebraico idiomate ita dictam fuiſſe putabimus ab אַלְגּוּם [7] a Coralijs videlicet, quæ in Li-

1. *Boccac. de geneal. deor. l. 7. c. 42. Io. Boem. de morib. gent. l. 3. c. 9. Ann. Viterb. in ſuppoſit. Beroſo, Catone, Fab. Pictore, & Sempronio.*
2. *Euſtath. loco cit. Tzet. in comm. ad Lycophron.*
3. *Paul. Diac. de geſt. Lōgob. l. 2. c. 15.*
4. *Fr. Leand. loc. cit.*
5. *Cluuer. Ital. antiq. l. 1. c. 7.*
6. *Ibid.*
7. *David de Pomis in Germine David in dict. extern. lit.* ל.
8. *Ibid. in dict. Hebr. & Pagn. in Theſaur. lingua ſãcta.*

Digitized by Google

Liguſtico mari reperiuntur. Quod ſi Græcam vocabuli originem malumus, ἀπὸ τοῦ λιγυρῶ, ſeu λιγύος, denominatam dicemus,[1] quod ſtridulum denotat, ac epitheton venti eſt, quod is potiſſimum in ea regione inter montes, & conuallium anfractus ſtrideat, ſibiletque; vnde Græci præternauigantes hanc regionem ideo ſtridulam appellarint, vt videmus in Hiſpanorum, aliorumque ad Indias nauigationibus accidiſſe, qui regiones cōplures a peculiari quapiam ipſarum qualitate denominarunt. Aut ideo ſtridulam regionem dixere Græci, quod eius fluuij, ac torrentes, e montium cacuminibus, per ſaxa ſcopuloſque præcipites, ſtridorem edant; quod fortaſſe innuerunt ij, qui a Ligyro flumine Liguriam nomen accepiſſe ſcripſerunt.

1. *Henric. Stephan. Io. Scapul. Conr. Geſn. alij Græci Lexicographi.*

De Liguriæ antiquæ, ac hodiernæ limitibus, ac Ligurum antiquitate.

CAP. II.

SED poſtquam terram attigimus, liceat tantiſper diuertere, & ſpatiari, donec ſuſceptam fortaſſe in mari nauſeæ moleſtiam deponamus. Ecquid nauſeantibus magis appoſite, quam odoratas Liguriæ oras luſtrare? Neque tamen ideo a propoſito declinabimus: Lignatum, aut aquatum deſcendiſſe nos putes, ad mare mox opportune redituros, quo com-

meatu

meatu recepto, & diſcuſſa nauſea, nauigemus commodius, & maritimo dominio acrius inſiſtamus. Liguria itaque priſcis temporibus haud tota Italica fuit: Ipſius namque confinia [1] Maſſiliam comprehendebant,[2] & Tranſalpini Ligures a ſcriptoribus recenſentur. [3] Lapidarij etiam campi, qui inter Maſſiliam, ac Rhodanum ſunt (vbi lapidibus pluiſſe Hercule aduerſus Ligures dimicante traditum eſt) in Liguria ponuntur, vt [4] ad Rhodanum eius limites, Occidentem verſus, protenderentur. In Italia quoque Orientem verſus latius patebat hæc regio, [5] Piſæ ſiquidem in Liguribus erant, & Apuani Ligures, agri Piſani populi, & Luca. [6] Aunus præterea Liguriæ Rex ad Thraſimenum vſque, ac Tyberim ſuum extendebat regnum, quod ait [7] Sillius.

Quæ vada Faunigena regnata antiquitus Auno,
Nunc voluente die Thraſimeni nomina ſeruāt.

Ac proinde ad Tyberim pertigiſſe Liguriam aliqui [8] contendunt. Ad Septentriones [9] autem Mediolanum in Liguribus poſitum reperimus. Ac tanta ſane olim erat Liguria, vt quouſque ſe extenderet, determinare haud facile cenſeamus. Sed in deſcriptione Italiæ [10] ab Auguſto facta, Varus ad Occidentem, ad Orientem Macra, Padus ad Septentriones, ad Auſtrum mare Liguſticum huic regioni, quæ nona appellata eſt, limites ſunt aſſignati, Tranſalpinis populis omiſſis, ac Liguriæ nomine intra Italiam redacto.

1. *Strab. l. 4. Iuſtin. l. 43. Foliet. hiſtor. Genuen. l. 1.*
2. *Liuius l. 41. Blond. in Ligur. & Braccell. in deſcr. ora Liguſt.*
3. *Solin. c. 7.*
4. *Herod. l. 4. Scylax in periplo. Mar. Heraclien. in periegeſi. Cluuer. Ital. antiq. l. 1. c. 7.*
5. *Iuſtin. l. 21. ijdem Blond. & Braccell.*
6. *Landin. ad 11. Aeneid. Virgil. in ver. Auno. Cluuer. d. c. 7.*
7. *Lib. 5.*
8. *Fr. Leand. nella deſcrit. della Riuiera di Gen. Foliet. d. l. 1.*
9. *Antonin. in Itin. Procop. Gothic. lib. 2. Paul. Diac. de geſt. Long. l. 2. c. 11.*
10. *Plin. l. 3. c. 5. Mela l. 2. c. 20. Ptolem. tab. 6. Europ. Blōd. Braccel. Fr. Leand. & Foliet. loc. cit.*

Ve-

Verum iterum a [1] Conſtantino Magno, ſeu in diuiſione Italiæ paulo ante ipſum facta, Liguriæ fines ad Septentriones late prolati ſunt fortaſſe ad antiquos; nominibus enim Cenomanorum, Boiorum, Inſubrum, cæterorumque Gallorum antiquatis, quidquid felicium illorum, ac late patentium circa Padum camporum Alpibus, & Apennino includitur, in duas regiones, interfluente Adua fluuio, diſpertitum eſt, quodque ſpectat ad Septentriones, Venetis obtigit, quod ad Auſtrum, & mare Inferum, Liguribus, adiacente Orientem verſus Æmylia. Sic præter Mediolanum, & Nouocomum, & Bergomum, & Brixia, & Laus Pompeia in Liguria comprehenſa, & [2] Alpes ipſius termini ſunt factæ; [3] Mediolanum vero poſt ea tempora rurſus in Liguria poſitum reperitur, vbi [4] Conſularis Magiſtratus, qui Liguſticam prouinciam regebat, commorabatur. [5] Sed cum factum eſt Italico Regno a Francis Carolinis initium, regioque fere omnis, quæ inter Apenninum, & Alpes iacet, Longobardia nuncupata, Liguriæ fines anguſtiores ſunt redditi, poſituſque ad Septentriones limes Apenninus, relictis antiquis cæteroquin confinijs: quæ diuiſio noſtris etiam temporibus durat. Sic Liguriam ab Occidente aperit Varus, claudit Macra ad Orientem, a Meridie alluit mare Inferum, ad Septentriones limitat Apenninus, eaque ab vrbe Domina, *Genoueſato*, appel-

1. *Foliet. loc. cit.*

2. *Procop. Gothic. l. 1.*

3. *Ibid. l. 2.*

4. *Notit. Imper. Occid. Pācirol. c. 60.*

5. *Foliet. loc. citat.*

appellatur, regio montoſa tota, niſi qua Apenninus, ſeu Alpes alicubi a mari recedunt, eiuſq; latitudo ad XXX. alicubi etiam ad L. M. P. accedit; longitudo autem ſecundum oram maritimam, ab oſtio Vari Genuam vſque CXX. M. P. eſt, quæ ora Occidentalis appellatur, quod Vrbi ad Occidentem ſita ſit; inde ad Macræ oſtium M. P. LXX. quæ Orientalis ora eam ob cauſam dicitur, quod Vrbi ad Orientem ſolem adiaceat, vt oræ totius longitudo ſit, ab oſtio Vari ad oſtiũ Macræ CXC. M. P.[1] Sterilis olim maiori ex parte fuit, & incultas: ideoque incolæ plerumque ex pecore, lacteque, ac potione hordeacea viuebant. Sola abundabant materia ad naues ædificandas: montes ſiquidem, arboribus referti maximis, ac frequentiſſimis, hanc affatim ſubminiſtrabant: quæ arbores, quod earum craſſitudo ingens, octo nimirum aliquando pedum eſſet, ad fabricanda mortaria, & menſas conficiendas, cenſebantur aptiſſimæ. Sic pecora, pelles, mella, naualem materiam incolæ, ad emporium Genuam, e tota Liguria comportabant, indeque exportabant oleum, & vinum Italicum, cum vini, ac picati quidem, & auſteri, copiam modicam regio ferret. Naſcebantur item in Liguria equi, & muli, quos Gegenios vocauit antiquitas, & Lyncurium[2] (quod electrum appellant quidam, atque ex vrina Lyncis congelari comminiſcuntur)[3] & Liguſticum, herba ſatis nota. Sed & tu-

1. *Strab. d. l. 4. Ioan. Boem. de mor. gent. l. 3. c. 19.*

2. *Dioſcor. mater. Medicin l. 2. c. 73. & ibi Matthiol.*

3. *Iiſdem l. 3. c. 53.*

Digitized by Google

nicæ, & ſagula in Liguria elaborabantur, quæ dicebantur Liguſtica, vt præter agriculturam, & paſtionem, in artificijs non deſideraretur induſtria; nec deerat aliorum fructuum copia, tametſi frumenti, ac vini regio parum ferax eſſet, cum ſuapte natura terra adeo lapidoſa ſit, vt abſque ſaxo vix vlla gleba poſſit effodi. Noſtris vero temporibus nemora illa arborum maximarum, in iucundiſſima odoris ſuauitate fragrantia viridaria, citreorum omnis generis, olearum, palmarum, aliarumque vtilium, ac fructuoſarum arborum, paſſim ſunt conuerſa; atque vbi, præ aſperitate, loca coli non poſſunt, caſtaneæ ſatæ conſpiciuntur, vt ne gleba quidem otioſa remaneat. Quare tametſi cæduis ſyluis non abundet Liguria (quod illi obijcit, dum illius montes ſine lignis eſſe vulgus calumniatur) egeatque lignis, quæ e Corſica, atque aliunde afferuntur; id accidit, quia præſtat ex arboribus fructus, quam ligna colligere. Vitium vero ea copia eſt, & nobilitas, vt vina, quæ ex ijs progignuntur, in regiones, vel remotiſſimas exportentur. Sola Ceres adeo noſtro auara eſt ſolo, vt externo frumento indigeamus. At quod modicum in Liguria naſcitur, tanto externum bonitate antecellit, quanto minor eius eſt copia. Veruntamen omnia fere, quæ in Liguria proueniunt, externis eiuſdem ſpeciei, odore, ac ſapore longe præcellunt. Quid oleum referam, cuius incredibi-

lis

Digitized by Google

lis copia in Ciſalpinam Galliam, ac Germaniam mittitur, quodque omnium eſt pręſtantiſſimum, vt non in Attica, ſed in Liguria oleam ſeuiſſe Pallas videatur? Quid vina, quæ in Occidentali ora ad Tabiam, in Orientali ad quinque pagos concinnantur, Apiana, & alia, quæ vernaculo idiomate, *Moſcatelli, Amabili, Roſſeſi,* appellantur, generoſa adeo, ac ſuauia, vt præferantur omnibus alijs, & vel a remotiſſimis populis in delicijs habeantur? Quid Citrea mala, atque Aurantia, & his affines fructus veteribus minime cognitos, quos *Limoni,* & *Pomi di Adamo,* appellamus, quorum inexhauſta pene copia ad exteros mittitur? Mutatam ſane horridam illam Liguriæ faciem omnino videmus, quæque ſyluæ erant, ac nemora, amœna modo ſunt viridaria, quæ ſuauiſſimum, ac iucundiſſimum odorem diffundunt, vt non immerito [1] Italus Poëta aſſeruerit, Liguſticam oram, quaſi perpetuo fruentem vere, ſemper virentibus citreis, myrtiſque aërem grato odore perfundere. Quid dicam de cæteris, quæ ſaccharo, acetoue condita e Liguria exportantur? Quid de pannis ſericis, laneiſque, ac cæteris, quæ in Liguria ad incolarum, exterorumque commoditatem præparantur? His igitur aut naturæ benignitate, aut artis induſtria partis, omnes cunctarum regionum diuitias, deliciaſque noſtra Liguria abſorbuit, vt non ſit, cur vel feliciſſimæ Arabiæ odoribus, fructibus, voluptati-

1. *Lodouico Arioſto Canto Primo dopo l Orlando Furioſo.*

bus inuideamus. Sed vnde venerint Ligures; qui hanc regionem primi tenuerunt, maxime inter ſcriptores cōtrouerſum eſt,[1] quoniam propter antiquitatem incomperta eſt eius gētis origo: Cumque Ligures Italiæ quaſdam partes, & Galliç colerent, Dionyſius Halycarnaſſeus ambigit, ex vtra profecti eſſent patria, videturque αὐτόχθονας hoc eſt, indigenas facere; quare[2] nonnulli ad illorum antiquitatem reſpicientes, Aborigines, authores Romani generis, Ligurum eſſe ſobolem ſunt arbitrati. Quin & Siculos ab Liguribus oriundos eſſe aſſerit[3] Thucidides, & tradit[4] Philiſtus. Beroſus autem Chaldæus, Phaëtontem ex Æthiopia veniſſe commemorat cum claſſe, penultimo anno Arelij Septimi Regis Aſſyriorum (qui iuxta Euſebij Chronicon incidit in annum CIϽCIϽCIϽCCCVI. ab orbe creato, ante Chriſtum ſcilicet natum annis ferme CIϽIϽCCCXCIII.) cumque inueniſſet omnia ab Auſonijs occupata ad Orientem, & montana a Gallis, & Aboriginibus poſſeſſa, planiciem vero a Razenuis Ianigenis habitatam, donatum fuiſſe parte Occidentali, poſſediſſeq; montes, & totum Eridanum, ac deincèps relicto in Liguria filio Ligure, in Æthiopiam fuiſſe regreſſum. Porcius Cato, & Sempronius, non ex Æthiopia euocant hunc Phaëtontem, ſed eum primum omnium Græcorum ex Attica ſoluentem aiunt, cum Ligure filio multis ætatibus, ac

ſeculis

1. Dionyſ. Halycar. antiq. Rom. l. 1.

2. Ibid.

3. Bell. Pelopon. lib 6. in princ. & 10. Boem. d. c. 19.

4. Apud Dionyſ. loc. cit.

ſeculis ante Oenotrium Arcadem colonias cõſtituiſſe in Italico litore, ab oſtijs Tyberinis, vſque Nicæam Maſſilienſium, & in medio portum Ligurnum a filio nuncupâſſe, ac vltro citroque litus omne Liguriam dixiſſe. Sed hi Beroſus, Cato, atque Sempronius ſuſpectæ ſunt fidei, putanturque ab Annio Viterbienſi ſuppoſiti; ac reuera cum antiqua Liguria minime quadrant limites ab ipſis aſſignati, quam vltra Nicæam ad Rhodanum vſque fuiſſe protenſam demonſtrauimus; ac præterea nomen illud portus Ligurni non ita priſcam redolet originem, cum non Ligurnum, ſed Lyburnum appellatum fuiſſe apud veteres [1] Geographos reperiamus. [2] Strabo autem coniecturam facit, Ligures, quod æneis vterentur ſcutis, Græcos origine fuiſſe. [3] Iuſtinus contra hoc videtur negare, cum recenſens Græcas Italiȩ Ciuitates, in Liguria ſolas Piſas ait Græcos authores habuiſſe: [4] Sunt, qui Celticæ, ac Theutonicæ originis faciant Ligures, eoſq; vna cum Illyricis, Germanis, Gallis, Hiſpanis, ac Britannis vnius eiuſdemq; gentis fuiſſe, & vnum idemq; habuiſſe linguæ genus, dialectis tantum varijs diſtinctum, atteſtantur, quod confirmant ex quibuſdam vocabulis antiquorum Ligurum, quæ cum Teutonicis maxime côueniunt: [5] ac ſane veteres Ligures ex Ambronibus gente Teutonica ſe oriundos eſſe profitebantur. Quidquid ſit (nihil enim in re tam dubia, & antiquitatis tene-

1. Ptolem. Geogr l. 3. c 1.
2 Geograph. l. 4.
3. Lib. 20.
4. Cluuer. d. c. 7.
5. Plutarch. in Mario.

bris

bris inuoluta determinare poſſumus) certe antiquiſſimi populi fuere Ligures, & multis ante bellum Troianum ſeculis præpotentes, quippe qui [1] Sicanos, Hiſpanicam gentem, pulſos, fugatoſque finibus arcuere, vnde illi in Siciliam ſecedentes inſulæ nomen dederũt.[2] Herculi pręterea Alcmenæ, ex Hiſpanijs in Italiam venienti, ſeſe oppoſuerunt, acriterq; cum eo dimicârunt. Et ante Troianorum ſub Ænea in Latium aduentum, celebre erat Ligurum Regnum, eoque ipſo tempore, cum Æneas venit in Latium, regnabat in Liguribus [3] Aunus, cuius filium Camilla Volſcorum Regina in prælio inter Teucros ac Latinos, interfecit, de quo [4] Poëta.

Apenninicolæ bellator filius Auni
Haud Ligurum extremus.

Cumque Æneas ex Italicis populis auxilia colligeret, ab Auno inſtructam milite claſſem habuit, de qua modo [5] laudatus Poëta.

Non ego te Ligurum ductor fortiſſime bello
Tranſierim Cycne, & paucis comitate Cupauo,
Cuius olorinæ ſurgunt de vertice pinnæ.
Crimen amor veſtrum, formæque inſigne paternæ;
Namque ferunt luctu Cycnum Phaëtontis amati
Populeas inter frondes, vmbramque ſororum,
Dum canit, & mæſtum muſa ſolatur amorem,
Canentem molli pluma duxiſſe ſenectam,
Linquentem terras, & ſidera voce ſequentem.
Filius æquales comitatus claſſe cateruas

1. Dionyſ. d. l. 1.
2. Diedor. Sicul. rer. antiq l. 5. c. 2.
3. Landin. & Cluuer. loc. cit.
4. Virgil. Aeneid. 11.
5. Ibid. l. 10.

In-

Digitized by Google

Ingentem remis Centaurum promouet: ille
Inſtat aquæ, ſaxumque vndis immane minatur
Arduus, & longa ſulcat maria alta carina.

De moribus, fortitudine, ac bellica virtute veterum Ligurum.

CAP. III.

ANTIQVISSIMA igitur gens Ligurum aſperam, montoſam, ſyluoſamque, ac maritimam regionem ſortita,[1] duram & laborioſam vitam agebat, in cædendis arboribus ad nauium ſtructuram, & colendis agris occupata. Sed moleſta erat admodum agricultura ob ſoli malignitatem, quod lapidibus opletum ægre coli poterat, fructuſque parum, ac emolumenti colonis afferebat. Eapropter maximus eorum prouentus erat venatio, qua captæ feræ fructuum leuabant inopiam. Carnes item domeſticæ, lac, mel, olera cibus erant, potus aqua, aut hordeacea potio, vt diximus, aut etiam vinum, quod picatum, auſterumque regio proferebat; Atque ita Ligures priſco more, abſque aliquo apparatu, humi cubantes vitam traducebãt; Sic venatione, exercitioque continuo, ac victus parſimonia eorum corpora gracilia, ac dura reddebãtur. Niuibus inſuper, montaniſq; aſperitatibus aſſueti, ne dum viri, ſed etiam mulieres, agiles corpore, ac validæ, animoque conſtantes,

1. Cicer. contra Rullum, Diodor. rer. antiq l. 5. c. 2. & lib 6. c. 9. Strab. Geogr. l. 4. Io. Bo. m. de morib. gẽt. l. 3. c. 19.

&

1. Georg. l. 2. & ibi Seru. & Ant. Mancin. & fortes efficiebantur; vnde [1] Virgilius Ligurem malo aſſuetum appellauit, vt duram eius gentis naturam, & laboribus innutritam oſtenderet; ac mulieres quidem virorum labores perferentes, ſolitæque cum ipſis opus facere, admirabilis conſtantiæ, ac fortitudinis aliquando exempla ediderunt. [2] Mulier etenim Ligus prægnans, Herculis Alcmenæ temporibus, opus cum viris mercede faciens, grauiſſimo partus dolore correpta, abſceſſit inter virgulta, ibique abſq; eiulatu editum infantem, inuolutum folijs cum abſconditum dimiſiſſet, ad opus redijt, nihil de partu locuta; Veruntamen ex infantis vagitu re intellecta, qui operibus præerat, puerperam dimittere voluit, cui tandem accepta mercede mulier ægre obtemperauit, lotumque ad fonticulum infantem, ac ijs, quos habebat, pannis inuolutum, domum incolumem retulit. [3] Hoc autem peculiare erat Liguribus fœminis, vt inter opus parerent, lotoque mox infante, protinus ad illud redirent. Alia [4] quoque fœmina Ligus, apud Album Intemelium, in prædantes Othonianos milites præclaro exemplo auxit inuidiam, quæ filio abdito, cum ſimul pecuniam occultari milites credidiſſent, eoque per cruciatus interrogarent, vbi filium occuleret, vterum oſtendens, latere reſpondit, nec vllis deinde tortoribus, aut morte conſtantiam mutauit vocis egregię [5] Mulieres igitur virorum, viri ferarum vires, ac robur habere di-

2. Diodor. d. c. 2.

3. Ariſtot. in Mirand.

4. Tacit. hiſt. l. 2.

5. Diodor. d. c. 9. Strab. l. 3.

ce-

cebantur.[1] Viri autem in bello fortes, audaceſq; erant, ferturque ſępius vegetum Gallum a gracili, macilentoque Ligure, ex prouocatione, ſingulari certamine fuiſſe ſuperatum. Tegebant corpora ſcuto, tunicaque ſuccincta, ferarumque pellibus, ac enſe armabantur mediocri, & nonnulli Romanos imitati, eorum armis vtebantur.[2] Comas nutriebant longas, prolixaſque, quo hoſtibus eſſent terrori. Hinc[3] Lucretius:

Et nunc tonſe Ligus, quondam per colla decora
Crinibus effuſis toti prælate comatæ,

Et Sillius[4] Italicus:

Et Ligurum horrenteſque comæ.

Feroces erant, acutoque ingenio, non militiæ ſolum, ſed etiam in vita communi. Mercaturam nimirum exercentes, per Sardoum, Libycumq; pelagus nauigabant, ſponteque ſe grauibus vitæ periculis exponebant; ſcaphis enim, haud ſatis more cæterarum nauium præparatis, ad mercaturam exercendam, vtentes, ſęuiente tempeſtate grauia diſcrimina ſubibant; nec ſolum Sardoo, Libycoque mari nauigabant, ſed ad Orientales etiam plagas, remotiſſimaſque regiones naues appellebant.[5] Legimus Themiſtoclem, cum patria extorris, ad Moloſſorum Regem diuertiſſet, ab ipſo commonitum de inſidijs, quæ ſibi ſtruebantur a Lacedæmonijs, noctu ex Moloſſis profugiſſe, nactumque inter fugiendum duos Ligures adoleſcẽtes, negotiationibus, & mercaturæ

V ope-

1. Diodor. *cc. 2. & 9.*
2. Plin. l. 3. c. 5. Dio Caſſ. l. 54
3. Lib. 1.
4. Lib. 1.
5. Apud Diodor. Biblioth. l. 11.

Digitized by Google

operam dantes, ac propterea marium, itinerumque expertos, his comitibus, per nocturna raptum itinera, Lacedæmonios latuiſſe, & iuuenum beneuolentia duce, ac opera ſolerti, in Aſiam tandem perueniſſe ad Regem Perſarum.[1] In Carynthiam quoque ſuperiorẽ, ad fodienda metalla, integrã Ligures aliquãdo deduxere coloniam, ibiq; ciuitatem, quam Liguriam a Patriæ nomine appellarunt, in mõte quodam in vicinia Moſchirchenſi, extruxerunt, quæ exhauſtis fodinis interijt. Veruntamen in militari diſciplina, quam in negotiationibus, veteres Ligures celebriores fuere, qui[2] vel ipſi Herculi in Italiam venienti cum exercitu, ire obuiam inſtructa acie ſunt auſi. Neque[3] vlla gens vſquam Herculi, Græciſque reſtitit aut fortius, aut pertinacius: quod vaticinatum fuiſſe Prometheum aiunt; cum Herculem de euentu certaminum futurorum in expeditione aduerſus Geryonem admonuit. In hoc etenim prælio inter Græcos, Ligureſque (quod in Lapidarijs campis inter Maſſiliam, ac Rhodanum commiſſum fuiſſe creditur) tanta fuit Ligurum virtus, ac fortitudo, vt aduerſus expugnatorem orbis exercitum, diutiſſime ſteterint, ac demum cum tela iam Græcis defeciſſent, Herculem, deſperata victoria, e cœlo aduerſus tam duram gentem, auxilium ferunt a patre petijſſe,[4] Iouemq; cõtra Ligures lapidibus pluiſſe, quo illi territi portento, Græcis tranſitum conceſſe-

1 *Theophraſt. Paracelſ. in Chronic. Carynthia.*

2. *Iouian. Põtan. hiſt. Neapol. l 6.*

3. *Dionyſ. Halycarn. antiq. Rom. l. 1.*

4. *Solin. c. 7*

ceſſere. [1] Aduerſus Sicanos etiam, Hiſpanicam gentem, ſuos fines tutati ſunt, illoſq; repulerunt; & cum [2] Phocenſibus, qui in Liguriæ finibus Maſſiliam condiderant, diuturnum bellum habuere, varia victoria, donec ab ijs vſum cultioris vitæ edocti, depoſuerunt hoſtilitatem. [3] Bellanti poſtmodũ in Latio Æneę inſtructa cũ claſſe adfuerunt, eorumque opera Teucrorum res maxime ſunt adiutæ. Inde poſt nonnulla ſecula Carthaginienſibus aduerſus Romanos expeditionem ſuſcipientibus, ſocij facti ſunt: [4] quare Romani, M. Attilio Regulo, & Cn. Seruilio Gemino Coſſ. legatos ad eos miſerunt ad expoſtulandum, quod Pœnum opibus, auxilijſque ſuis iuuiſſent. At nihilominus [5] Aſdrubal, Carthaginienſium Dux, haud longo interiecto tempore, octies mille Ligures conſcripſit, erantq; ſemper magna pars Carthaginienſis exercitus Ligures, ac [7] inter ipſorum ſocios numerabantur, & aduerſus Romanos ad Trebiam, ad Cannas, ad Thraſimenum, alibique ſtrenue dimicârunt. Neque modo cum Carthaginienſibus aduerſus ipſos ſteterunt, ſed ſoli etiam, nullius auxilio freti, cum Romanis bellum diu geſſere. Non vacat omnes referre pugnas, quas Ligures cum Romanis pugnârunt, nonnullas tantummodo delibabimus, quæ illorum potentiæ ſpecimen præbeât. Lucio [8] itaque Cornelio, Q. Minutio Romanis Coſſ. Ligures cum exercitu XX. millium armato-

1. Dionyſ. d. l. 1.
2. Iuſtin. l. 43
3. Virgil. Aeneid. l. 10. & 11.
4. Liu. l. 22.
5. Idem l. 27.
6. Idem l. 29. Polyb. hiſtor. l. 3 & 15. Appian Alexãd. in Punico. Aldrete Antigued. de Eſpaña l. 1. c. 31.
7. Polyb. in iuramẽto fœderis inter Carthag. & Philip. Maced.
8. Liu. l. 34.

rum, Lunenſem primum agrum populati ſunt; Piſarum deinde fines tranſgreſſi, omnem oram maris peragrarunt; eodemque tempore XV. alia millia, agrum Placentinum inuaſerunt, eum vſque ad ipſa ciuitatis Placentinæ mœnia, & Padi ripas cum cædibus, & incendijs perpopulati.
1. Idem l. 35. Mox [1] ipſas Piſas XL. hominum millibus obſederunt, haud dubie expugnaturi, ni cum Romano exercitu obuium Minutium Conſulem habuiſſent. Non tamen manus conſerere cum Liguribus Conſul eſt auſus, ſed poſitis caſtris, intra vallum ſe continebat, cum interim illi ſingulis diebus Romanos laceſſerent, abactâque prædâ in ipſorum conſpectu, regionem omnem deuaſtarent. Cum autẽ Conſul poſtmodum Romam ad comitia reuocaretur, reſpondit, adeo ſuſpenſa omnia ſe in Liguribus habere, vt abſcedere ſine pernicie ſociorum, & damno Reipub. non poſſet, & magis e Rep. eſſe interregnum
2. Idem l. 39. iniri, quam ab ſe in eo ſtatu relinqui prouinciam. [2] Septennio poſt Sp. Poſthumio Albino, Q. Martio Philippo Coſſ. Martius in Ligures cum exercitu profectus, in præoccupatis anguſtijs, loco iniquo, circumuentus eſt, & quatuor millibus Romanorum militum cæſis, legionis ſecundæ ſigna tria, vndecimque vexilla ſociorum Latini nominis in poteſtatem Ligurum venerunt, & arma multa, quæ quia impedimento fugientibus per ſyluestres ſemitas erant, paſſim iacta-

ban-

bantur, priuſque ſequendi noſtri finem, quam fugæ Romani fecerunt: ex quo prælio ſaltus ille, vbi commiſſum fuit, ex deuicti ducis nomine, Martius eſt appellatus. Hi nempe erant illi Romanorum hoſtes, quos implicitos dumis ſylueſtribus, maior aliquanto labor erat inuenire, quam vincere. Tutum locis & fuga, durum, atque velox genus, ex occaſione magis latrocinia, quam bella faciens, quod iactat impudenter Florus, cum prouincias Pop. Romani inua- *1. L.2.c.3.*
derent, ciuitates munitiſſimas obſiderent, conſulares exercitus profligarent. Quid [2] Mutinam *2. Liu. l.41.*
Romanorum coloniam expugnatam, captamq; recenſeam? Quid [3] obſeſſum, cum toto exercitu *3. Idem l.40.*
Romano, L. Æmilium Paullum, vt ægre in caſtris ſe defenderet? Quid [4] atrociſſima tot alia *4. Idem l.42. & alibi.*
prælia, vario euentu, cum Romanis commiſſa? Haud ſane in Flori ſententia fuere S. P. Q. R. qui nullum vnquam hoſtem pluris fecerunt, quam noſtros Ligures, qui ſæpius ambobus Cõſulibus prouincia dabantur, atque aduerſus quos duo conſulares exercitus frequenter militabant. Sic [5] dum Romani in Europa cum Philippo Ma- *5. Idem l.38.*
cedone, in Aſia cum Antiocho Syriæ Rege gererent bellum, creati Coſſ. M. Æmilius Lepidus, & C. Flaminius, ex S.C. ambo in Ligures miſſi; cumque huic S C. Lepidus Coſ. intercederet, indignum eſſe prædicans, Coſſ. ambos in valles Ligurum includi, M. Fuluium, & Cn. Manlium,

bien-

biennium iam, alterum in Europa, alterum in Aſia, veluti pro Philippo, atque Antiocho ſubſtitutos, regnare. Senatus nihilominus, molem belli Liguſtini expendens, in ſententia perſtitit, vt Conſulibus ambobus Ligures prouincia eſſet, ac Manlium, Fuluiumque potius decedere de prouincia, ac exercitus inde deducere, & Ro-
1. *Idem l. 39.* mam redire mandauit.[1] Appius quoque Claudius Pulcher, M. Sempronius Tuditanus Conſules, ambo in Ligures miſſi, & poſtmodum
2. *Idem l. 40.* Cn.[2] Bæbius Pamphilus, L. Æmilius Paullus, iti-
3. *Ibid.* dem Coſſ. atque iterum [3]A. Poſthumius Albinus, C. Calphurnius Piſo. Ad ſummam, ne Romanos omnes Coſſ. recenſeamus, qui ambo in Ligures
4. *Idem l. 42.* ſunt miſſi,[4] imminente Perſei Macedonis bello, cuius apparatus Senatum maxime habebant ſolicitum, Coſſ. tamen ambo C. Popilius, P. Ælius in Ligures exercitum duxere. Tantum erat in Liguribus libertatis ſtudium, vt aduerſus raptores orbis diutius, quam alius quiſquam populus reſtiterint, tanta ferocia, adeoque bona diſciplina, vt victores iam tot, tantarumque gentium, defatigarent, vincerentque. Atqui Romanorum fortuna virtutem, conſtantiamque Ligurum ſuperauit. Veruntamen tametſi igne, ferroque vaſtata regione, ipſi armis exuti, ac ſpoliati, deſiderio quietis, paciſque teneri debuiſſent, iugum
5. *Idem l. 40.* tamen ferre, ſeruitutis non poterãt.[5] Quapropter Romani nullum alium ante finem rati fore Li-

guſtini

Digitized by Google

guſtini belli, deducere Ligures, ex montibus in agros campeſtres, procul ab domo, ne reditus ſpes eſſet, ſtatuerunt: Sic in Samnites deducta ſunt publico Romanorum ſumptu, quadraginta millia liberorum capitum, cum fœminis, pueriſque, quorum fortaſſe aliqui Romam ſunt admiſſi, cum [1] legamus in ea vrbe Ligurum vicum fuiſſe.[2] Sed hi poſtea in ſedes ſuas ex S.C. reſtituti, iterum pro libertate arma ſumpſere; neque vllum vnquam bellum aut magis diutinũ Romani (quod cœptũ [3] anno IϽXV. a Roma cõdita ægre profligatũ fuit anno IϽXCV. vt totos octoginta annos durauerit) aut atrocius geſſere; [4] Cũ Ligures, veluti nati eſſent ad continendam Romanis diſciplinam, nec alia prouincia militem magis ad virtutem acueret, in qua erant omnia, quæ illum excitarent, loca montana, & aſpera, quæ & ipſis incolis capere labor erat, & ex præoccupatis deijcere hoſtem, difficillimum: inuia, ardua, anguſta, infeſta inſidijs: hoſtis leuis, & velox, & repentinus, qui nullum vſquam tempus, nullum locum quietum, aut ſecurum eſſe ſineret: oppugnatio neceſſaria munitorum caſtellorum, laborioſa ſimul periculoſaque: inops regio, quæ parſimonia aſtringeret milites, prædæ haud multum præberet, & in qua nihil aliud erat præter arma, & viros ſpem omnem in armis habentes. Talem igitur hoſtem Romani, toto fere orbe deuicto, poſt octoginta annorum bellum

1. P. Victor. de reg. Vrb. in region. 8.
2. Liu. l. 42.
3. Strab. l. 4. Sigon. in faſt. & triumph. Rom. ſub anno 595.
4. Liu. l. 39.

com-

Digitized by Google

compeſcuerũt potius, quam ſubegerint, nam in ſeruitutem Ligures nõ prius redacti ſunt, quá an. [1] IϽCCXL. a Roma cõdita an. ſcilicet CCXXV. poſtquam oppugnari ſunt cœpti. Sic merito cotem Romanæ virtutis, ac diſciplinæ Ligures fuiſſe, [2] ſcriptores aſſeuerant, [3] durumque hominum genus, & agreſte, ac verſutum. Neque mirum eſt eos in militari diſciplina adeo excelluiſſe, cũ [4] agreſtis gens, quæ ſub dio, & in labore nutritur, ſolis patiens, vmbræ negligens, balnearum neſcia, deliciarum ignara, & ſimplicis animi, paruo contenta, duratis ad omnem laborum tolerantiam membris, cui geſtare ferrum, foſſam ducere, onus ferre conſuetudo eſt, quales erant Ligures, ad militarem diſciplinam apprime ſit apta. Adde velocitatem, agilitatemque corporis, ferox, ac verſutum ingenium, quo fallere etiam hoſtes, noſtri conſueuerunt, omnia, quæ optimum militem faciunt, in Liguribus poſita reperies. Ac velocitas quidem, agilitaſque ab exercitio corporis in Liguribus neceſſario proueniebat, quod ſupra oſtendimus: verſutos autem fuiſſe, quæ modo narraturi ſumus, eorum ſtratagemata, aduerſus ſuæ libertatis oppugnatores, ſatis declarabunt. [5] Duxerat L. Æmilius Paullus in Ligures Ingaunos Romanorum exercitum, cumque in eorum finibus caſtra poſuiſſet, legati ad eum per ſpeciem pacis petendę ſpeculatum venerunt. Neganti Paullo, niſi cum deditis paciſci ſe pacem,

1. Dio Caſſ. l. 54.

2. Flor. lib. 2. c. 3. Petrarch. in Itinerar.

3. Cicer. cõtra Rull. Liu. l. 40

4. Veget. de re milit. l. 1. c. 3.

3. Liu. l. 40.

non

non tam id recuſabant, quam tempore opus eſſe aiebant, vt generi agreſti hominum perſuaderent. Ad hoc decem dierum induciæ cum darentur, petierunt deinde, ne trans montes proximos caſtris pabulatum, lignatumque irent Romani; culta ea loca ſuorum finium eſſe. Id vbi impetrauere, poſt eos ipſos montes, vnde auerterant hoſtem, exercitu omni coacto, repente multitudine ingenti caſtra Romanorum impugnare, ſimul omnibus portis, aggreſſi ſunt. Sic eos, qui ſe imparatos inuaſerant, in ſuis ipſorum caſtris obſederunt. [1] Alias quoque ſe recepturi Ligures, vt Romanos lateret diſceſſus, per diuerſa loca bubalos ad arbores alligarunt, qui frequentiori mugitu præberent ſpeciem remanentis exercitus: atque ipſi interim in tuta ſe receperunt. Sic erant in Liguribus omnia, quæ militaris diſciplina requirit. Ac tametſi Liguria in quarto, aut quinto climate minime ſit poſita, vbi optimos naſci milites vult [2] Vegetius, ſed in principio ſexti, aëre tamen fruitur maxime tẽperato, ac fere ſemper verno, ideoque Liguribus & copia ſanguinis ſuppetebat, ad vulnerũ mortiſque contemptum, neque poterat deeſſe prudentia, quæ & modeſtiam ſeruaret in caſtris, atque in dimicatione, & conſilijs non parum prodeſſet. Cum montani inſuper eſſent, & agreſtes, laboriſque patientes, vt diximus, maxime erant idonei, ex quibus legiones fortiſſimæ con-

1. *Sext. Iul. Front. Strategem. l. 1. c. 5.*

2. *d. l. 1. c. 2.*

Digitized by Google

ſcribentur, vt firmis argumẽtis doctiſſimus [1] Gabriel Naudæus demonſtrauit: [2] Quapropter Romani in ſuis exercitibus, inter auxiliares milites, Ligurum quoque cohortes habuerunt, e [3] quibus gregarius quiſpiam, ſuo aſtu, ac induſtria, C. Mario Imperatore, munitiſſimam in Numidia arcem Rom. Populo acquiſiuit; & [4] auxiliares Ligures eodem Duce in bello, quod aduerſus Teutones a Romanis geſtum eſt, fuſis Ambronibus, ſummæ virtutis, ac fortitudinis dedere teſtimonium.

1. De Studio militari. l. 1. §. 5. nu. 2.
2. Plutarch. in Aemil. Iuſt. Lipſ. de Milit. Rom. l. 3. Dial. 2.
3. Salluſt. in Iugurth.
4. Plutarch. in Mario.

De Ligurum imperio in mari Liguſtico.

CAP. IV.

VERVNTAMEN ſatis vagati ſumus, tempuſque iam eſt, vt ad mare reuertamur, vnde diuertimus; Sed antequã nauem conſcẽdimus, videndum eſt, quid ex peragrata Liguria ad mare referamus. Regionem itaque inuenimus nemoroſam, refertamq; materia ad naues extruendas: Incolas indurato ad omnes labores corpore, audaces, induſtrios, liberos, mercaturæ deditos, ac maxime bellicoſos, qui nauigationem exercentes, non Sardoo, Libycoque modo pelago, ſed Orientali etiam nauigarent. Sane ſi memoria repetamus, quæ ſuperiori libro diſſeruimus, cum ad mare ſiti eſſent,

Digitized by Google

in quo non deerant portus, vbi claſſes haberent, Corſicamque [1] inſulam poſſiderent, cuius incolæ primi ipſi fuerunt; conſequens eſt, vt eius maris principatum obtinerent. Neque enim omnino veriſimile eſt, populos bellicoſos, a nemine adhuc domitos, maris adiacentis vſum communem cæteris reliquiſſe, qui non modo mercaturæ, & militiæ, reique nauticæ dediti eſſent; ſed etiam piſcatũ exercerent, ac Thynnorum præſertim, in quo illos peculiari induſtria vſos fuiſſe [2] legimus; Nam cum reliqui magnis retibus, (Cetotheria appellabant) Thynnos caperent, Ligures maximis, & firmiſſimis hamis ferreis eos piſces expiſcabantur. Ac omnino erat neceſſarium, vt ſterilem regionem habitantes, ad mare ſe conuerterent, atque ex eo prouẽtum, fructumque caperent, quo vitam tolerarent, exemplo Phocenſium, [3] qui ex ignauitate, ac macie terræ coacti, ſtudioſius mare, quam terras exercuerunt. Cum itaque maritimus prouentus, cum piſcatus, tum etiam mercatura, Liguribus adeo eſſet neceſſarius ad vitam traducendam, conſequens eſt, eos illum ſibi feciſſe proprium, nec toleraſſe, vt alij eius eſſent participes, ideoque armata nauigia in portubus habuiſſe, quibus maris dominium aduerſus exteros tuerentur. Neque commeatus parandi ad alendam claſſem, poterat deeſſe commoditas, cum Corſica huic ſufficeret, & magni ſumptus haud eſſent faciẽdi,

1. *Senec. in Conſolat. ad Albin, c. 8. Solin. Polyhiſt. c. 7. Iſidor. Etymol. l. 14. c. 6.*

2. *Apud Aelian. de Animal. l. 13. c. 16.*

3. *Iuſtin. l. 43*

propter copiam materiæ ad extruenda nauigia; & alacritatem, inclinationemque, ac frugalitatem virorum, qui ſpōte ad arma erant propenſi, & exiguo vilique cibo famem, ſitim aqua extinguebant. His coniecturis motus a ſuſpicione non abſum, quin cum apud ſcriptores reperimus factam mentionem de Tyrrenorum maritimo dominio, id dominium noſtrorum Ligurum innuat: quam ſuſpicionem auget Dionyſius Halycarnaſſeus, ſolers, atque accuratus antiquitatum indagator, qui nobis [1] eſt author, priſcis temporibus ante bellum Troianum, Tyrreniæ nomen per Græciam adeo celebre fuiſſe, vt tota Italia, qua Occidentem ſpectat, nullo gentium diſcrimine, eo nomine appellaretur. Hinc factum fortaſſe eſt, vt Græci ſcriptores, quibus notiores erant Tyrrheni, Græca gens, quam Ligures, cum hos mari dominatos ſcribere debuiſſent, illos ſcripſiſſe: quo errore decepti [2] Græci non modo, ſed [3] Latini etiam aliquot, mare Inferum totum, quod Italiam ad Occidentem alluit, Tyrrhenum appellarunt, nulla de Liguſtico facta mentione, Ligureſque maritimam Tyrrheni oram colere tradiderunt. Atqui veterum Ligurum maritimum dominium non his ſolis nititur coniecturis. Memoriæ ſiquidem proditum eſt, illos ad hoc dominium exercēdum, [4] Romanis in Hiſpanias tendentibus, non terra modo, ſed mari etiam reſtitiſſe, fuiſſeque adeo potentes,

1. Antiquit. Rom. l. 1.

2. Polyb. l. 2. Strab. lib. 4. Procop. Gothic. l. 1.

3. Varr. de re ruſtic. l. 3. c. 9.

4. Strab. d. l. 4

tes,

tes, vt vix magni exercitus, claſſeſque armis, ferroque ſibi tranſitum aperirent, ac Romanos, cum ijs octogeſimum ad annum belligerantes, difficulter effeciſſe, vt publice permeantibus via ad CIƆIƆ paſſus laxaretur: quod Strabo narrans, potẽtiſſimi populi fortiſſime, præclariſſimeque, pro Patria, pro libertate geſta, aduerſus hoſtes apertos, iniurioſeque vim inferentes Romanos, latrocinia peruerſe appellat. Tantum ſcilicet potuit Romana fortuna, vt etiam ſcriptorum ſtylum duxerit in triumpho, effeceritq; vt quod ſyncere illi ſcribere, narrareq debuerant, in contumeliam cæterarum gentium verterent, quaſi ex aliena ignominia Romanorum gloria conſtaret. Inſulſa ſane, & incauta adulatio, quę cum victum deprimat, virtutem victoris extenuat. Nos autem haud æquo marte ſigna conferimus cum iſtis adulatoribus, qui careamus teſtibus, quibus poſſimus illos confutare; cumque tantummodo illorum extent ſcripta, qui vt vni populo gratificarentur, reliquos omnes vituperarunt, de hoſtium quaſi caſtris arma ſumere cogimur, quibus illos oppugnemus. Ligures magnis viribus terra, marique Romanis, Patriæ ſuæ hoſtibus, reſtitiſſe narrat Strabo; An iure hoc latrocinia exercere appellet, quiſquis Romanis adulari nolit, iudicabit. Sed ne dum ignominiæ Liguribus verti poſſet, quod latrocinia mari exercuiſſent, [1] cum latrociniũ eiuſmodi priſcis illis tẽporibus gloria 1. *Iuſt. l.* 43.

ha-

habaeretur, vt Trogus teſtatur, cæterum Ligures non minus quam terreſtre, maritimum imperium aduerſus Romanos tutati ſunt. Et quamuis multis cladibus fuiſſent afflicti, claſſem nihilo-
1. Liu. l.40. minus deducentes [1] P. Cornelio Lentulo, M. Boebio Pamphilo Romæ Coſſ. maritimos Maſſilienſium agros reddiderunt infeſtos: neque prius imperium maris ceſſere, quam terreſtri potentia ſpoliatis C. Mutienus Duumuir duas & triginta naues, quæ ipſis e tot cladibus ſuperfuerant, ademerit, Gubernatoreſque, ac nautas in carcerem coniecerit.

De imperio Romanorum in eodem mari.

CAP. V.

SED Romani bello Punico ſecundo maritimæ oræ Liguſticæ maiori parte potiti, Corſicaque, ac Sardinia, maris dominium Liguribus adimere, & poſita in Sardiniæ portubus claſſe, imperium exercere cœpe-
2. Idem l. 28. runt.[2] Cum itaque Carthaginienſis Mago, Amilcaris filius, ex minore Balearium inſula, triginta ferme cum roſtratis nauibus, & multis onerarijs, Liguſticum intraſſet, nulliſque Romanis præſidijs, aut claſſibus maritimam oram tutantibus, repentino aduentu Genuam cepiſſet, feciſſetque prædam, ex Occidentali Liguria, decem tantummodo retentis roſtratis in Saonæ portu, reliquas

octo-

octoginta Carthaginem dimiſit. Quod intelligens Cn. Octauius, qui cum Romana claſſe circa Sardiniam nauigabat, Carthaginienſes aggreſſus, omnes eorum naues cepit, captiuoſque Ligures in patriam reſtituit;[1] & cum idem Mago, rebus in Italia infeliciter geſtis, in Africam renauigaret, ipſius paulo ante demortui claſſis magna pars a Romanis capta eſt. Veruntamen non ita cito Ligures maris dominium ceſſere, ſed paratis ſæpius claſſibus Romanis reſtitere, mare non ſolum tutati, ſed[2] in eorum etiam prouincias inferentes arma, donec tandé poſt varias clades,[3] anno a Roma condita IↃLXX. P. Cornelio Lentulo, M. Boebio Pamphilo Coſſ. duæ & triginta Ligurũ naues a C. Mutieno Duumuiro, vt retulimus, captæ, gubernatores, nautæque conquiſiti, atque omnes in cuſtodiam traditi ſunt. Tum Liguſtini maris dominium Romanis ceſſit; cumque piratæ Mediterraneum totum inuaſiſſent, & occupaſſent, Pompeius, cui vt mare pacaret, a S.P.Q.R. data fuerat prouincia, cum claſſe Liguſtico impoſuit Gratilium, vt habet Florus[4], ſeu M. Pomponium, vt ſcribit Appianus,[5] ipſumque a piratis purgauit. Non tamen ſemper Romani claſſes in Liguſtico habuerunt; nam deleta Carthagine, exarmatis Liguribus, & profligatis piratis, Mediterranei totius retinebant dominium, duabus tantum claſſibus, quarum altera Miſeni apud Cumas, &

1. *Liu. l. 30.*
2. *Idem l. 40.*
3. *Ibid.*
4. *Lib. 3. c. 6.*
5. *In Mithridat.*
6. *Sueton. in Aug. c. 49.*

Pu-

Digitized by Google

Puteolos, cuſtodiæ inferi maris excubabat, altera Rauennæ, ad ſuperum mare tutandum, habebat ſtationem; quo pacto Liguſtici non modo ſinus, ſed totius etiam Mediterranei dominium, cum Romani, tum Græci Cæſares longum tempus retinuerũt; Nam tametſi a Gothis, Vandalis, Hunnis, Herulis, Longobardis, alijſque barbaris populis, manubias, quas e tot tantiſque gentibus Romani fecerant, quaſi repetentibus, afflictum, ac dilaniatum Romanum imperium fuerit, cum ij Mediterranei populi eſſent, neque rei nauticę vllam haberent notionem, maris imperium, aut minime, aut parum perturbarunt, ſolique Saxones in Oceano piraticam facientes Romanos interpellarunt.

Sarraceni Siciliam, Hiſpanias, Sardiniam, Corſicam, Galliarum, ac Italiæ partem, Mare Liguſticum, totumque fere Mediterraneum occupant.

CAP. VI.

AT Sarraceni ex vltima proficiſcentes Arabia, non contenti ſua fortuna, qua Syriâ, Ægyptoque, ac totâ Africâ Romanos deiecerant, maritimum eorum dominium oppugnare perrexerunt. Horreo cum venit in mentem, quam fœde, quam crudeliter

in

Digitized by Google

in Chriſtianos populos ſacrilega hæc peſtis graſſata ſit, & fortaſſe puduit eius æui homines, rapinas, cædes, ſacrilegia, ab his barbaris patrata literis conſignare. Ac ſane gratulari potius debemus nobis ipſis, tot calamitatum memoriam intercidiſſe; quam deplorare ſcriptorum penuriam, propter quam ad nos eorum temporum exacta notitia haud dimanauit. Aſſueuerat iam orbis Romanorum iugo, & Chriſtiana pietas leuius Cęſarum reddebat Imperiũ; Romani Pontifices vrbe Roma, Italiæque parte potiti, ac piorum charitate opibus aucti, in Chriſtianæ Reipublicæ faſtigio præfulgebant. En Vandalos, Gothos, Alanos, Hunnos, Saxones, Herulos, Longobardos, en fœdam barbarorum colluuiem, en peſſundatum, dilaniatum, diſcerptum Romanũ Imperium. Veruntamen Chriſtiana Reſpublica quamuis afflicta horum irruptione condoluerit, ipſorum tamen ad verum Dei cultum conuerſione reſpirauit: quique alijs pernicies fuerant Barbari, ipſi ſalutem ſunt conſecuti. Inſidentes etenim locis, vnde Romanos deiecerant, depoſitaque barbarie Chriſtianam religionem amplexati, ad æternam beatitatem ingreſſi ſunt iter, & Rempubl. Chriſtianam amplificarunt magis, quam afflixiſſent. At Sarraceni genere impuri, moribus barbari, ſuperſtitione nefarij, animo truces, aſpectu horribiles, vbi graſſari cœperunt, prædari, vaſtare, incendere, cuncta cædibus mi-

ſcere; polluere. Primum Romanorum in Mediterraneo imperium, hactenus pacatum, ac nemine renitente poſſeſſum, interpellârunt circa annum ab humano genere redempto IↃCLV. cum [1] Alexādria ſoluentes, Vitaliano Primo Pontifice, & Conſtante Conſtantini filio Cæſare, poſt ſubactam Rhodum, vaſtataſque Cycladas, Cretam, & Cyprum, per Ægæum nauigantes, ipſum Cæſarem nauali prælio vicerunt, atque inde Siciliam aggreſſi, eius Inſulæ primum maritimas oras, mox mediterraneas quoque prouincias populati ſunt; [2] quo redeuntes paucis poſt annis ipſas Syracuſas expugnârunt, onuſtique præda Alexandriā rediere. Anno poſtmodū IↃCCXIV. per fretum [3] Herculeum in Hiſpanias exercitum traijciētes, nobiliſſimam prouinciam fere totam occupârunt. Hinc Gallias aggreſſi, Narbonenſis Prouinciæ potiorem partem in poteſtatem redegere. Sed a [4] Carolo Martello, Francorum Duce, magna cum ſtrage (quippe CCCLXX. eorum millia cæſa fuiſſe dicuntur) acie ſuperati, conſcenſa claſſe in Tyrrhenum nauigantes, eius omnes inſulas diripuerunt. [5] Cumque Corſicam, & Sardiniam inuaſiſſent, Luithprandus Rex Longobardorum veritus, ne D. Auguſtini reliquiæ, in Sardinia ſitæ, a ſacrilegis diſſiparentur, eas magno pretio redimens, Ticinum aſportari curauit, vbi noſtris temporibus magna cum veneratione cuſtodiuntur. Corſicam autem hoc tempore

1. *Theophan. Heluic. in Theatr. hiſtor. Fazell. hiſtor. Sicul. dec. poſter. l. 6.*

2. *Fazell. loc. cit.*

3. *Georg. Elmacin. hiſtor. Sarracen. l. 1. c. 13. Roderic. Tolet. hiſtor. Arab. cap. 9. Paul. Diacon. de geſt. Long. lib. 6. cap. 46. Aldret. antigued. de Eſpana l. 2. c. 23. Fazel. loc. cit. alij.*

4. *Paul. Diac. d. c. 46. Paul. Aemil. de geſt. Franc. lib. 2. Ieā. de Serres en l'Inuent. de l'hiſtoir. de Franc. en les Roys ſaynctāts ſous Charles Martel. alij.*

5. *Paul. Diac. d. c. 46. Blond. dec. 1. l. 10.*

pore à Sarracenis occupatam credimus, Lanza
Anciſa, ex Hiſpanijs oriundo, Duce: quamuis eius
Inſulæ [1] hiſtoria id eueniſſe narret circa annum
IↃC. a Chriſto nato; nam eo tempore nondum
Sarracenorum arma hucuſque proceſſerant: imo
neque natus erat Mahometes, cuius tamen ſu-
perſtitionem eo anno in Corſicam illatam ſom-
niat hiſtoria. Eodem fere tempore, quo Corſi-
cam, Sardiniamque inuaſerunt, [2] tercentis ferme
nauibus ex Aſia in Europam traijcientes Sarra-
ceni, Conſtantinopolim totum biennium obſe-
dere, ac expugnaſſent, ni ſpe prædæ in Bulga-
ros potior ipſorum pars diuertiſſet, a quibus fu-
gati, cum ad naues redijſſent, maris oborta tem-
peſtate fere omnes abſorpti ſunt. [3] Mox iterum
claſſem ad Prouinciam Narbonenſem applican-
tes, capta Arelate, cuncta circumquaque vaſta-
runt. Sed ab eodem Martello, ſuppetias ferente
Luitprando Longobardorũ Rege, ad naues rur-
ſus repulſi ſunt. At nihilominus, quod ad maris
imperium ſpectat, Mediterraneum totum tenue-
re, neque aut Græci Imperatores, aut Francorum
Reges (qui duo Chriſtianorum Principum erãt
potentiſſimi) ingentibus illorum claſſibus ſe op-
ponere audebant, ac tantum, qua poterant, ſua
litora ab eorum irruptionibus tutabantur. Erat
namque [4] tam formidabile tunc temporis Sarra-
cenorum nomen, vt vel ingenti multitudini,
vel fortunatis armis, vel horribili audaciæ, vel

1. *Gio. della Groſſa hiſt. di Corſica l. 2.*

2. *Paul. Diac. d. c. 46. Blond. d. l. 10. Anaſt. Biblioth. Floriacen. & Platin. in Gregor. II. P. M.*

3. *Paul. Diac. d. c. 46. alij.*

4. *Pazel. d. l. 6.*

Digitized by Google

ferocibus animis eius gentis, non Itali, non Græci, non Hiſpani, non Franci, non alia quæuis natio obſiſtere auderet, ſed deſperatâ prorſus victoriâ, ſtatim cederet, ac tantũ Franci ſuis finibus illos arcere potuerunt. Tum Genuenſes noſtri ornata claſſe, Audemaro Duce, aduerſus ipſos in Corſicam primi bellum ſuſcepere, vt infra dicemus. Porro [1] Sarraceni, Michaele Balbo Imperatore, circa annũ a Chriſto nato IↃCCCXXV. ingenti cum nauigiorum numero in mare prodeuntes, vt Siciliam occuparent, obuiam habuerunt Imperatoris claſſem, cui Venetæ ſexaginta triremes ſe coniunxerant. Collata ſunt ſigna ad Crotoniatarum litora, maximaque cum clade, Chriſtianæ claſſes fuſæ, captis, aut ſubmerſis Venetorum cunctis triremibus. In Illyricum nauigantes poſtmodum Sarraceni, Venetorum naues complures, quæ merces afferebant e Syria, cęſis ad vnum vectoribus, expugnârunt; Inde capta, direpta, incenſaque Ancone, in Africam reuerterunt; [2] Mox haud multo poſt tempore Siciliam deliberatiori vi aggreſſi, totã occuparunt, quam poſtmodum triginta ferme ſupra ducentos annos tenuerunt. [3] Verſa deinceps in reliquas Mediterranei Inſulas rabie, Sardiniam, Corſicamque (quam noſtri iam antea receperant) inuadunt, eiuſque primariam vrbem Aleriam ipſo ſancto Paſchatis Sabbatho, expugnant, ac diripiunt. [4] Sic inſularum potiti, quæ Italico litori

præ-

1. Blond. de geſt. Venet. Fazell. d. l. 6.

2. Fazel. ibid.

3. Blond. de cad. 2. l. 2.

4. Anaſtaſ. Bibliothec. in Greg. IV. P.M.

prætenduntur, continentem aggreſſi,[1] Centumcellas expugnant, diripiunt, incendunt, neque hoc contenti,[2] ipſam vrbem Romam, impia audacia, ter aggrediuntur, obſidentque,[3] ac ſacratiſſimas Principis Apoſtolorum Ædes in Vaticano expilant, & D. Pauli Baſilicam exurunt. Inde[4] nonnullis elapſis annis, late vaſtata Campania, incenſo Caſinenſi cœnobio, Beneuentum vſque excurrunt;[5] Apuliam deinceps occupant, &[6] paulo poſt ipſam Genuam expugnantes, diripienteſque, miſeranda ſtrage edita, maiores natu omnes cum fœminis, pueriſque (quos ſolos in vrbe repererant) in Africam captiuos abduxiſſent, niſi in Genuenſium, qui in expeditione erant, incidentes claſſem, victi, captique prædam reſtituere fuiſſent coacti. Sed quid refricem vulnera, quæ obducta propemodum cicatrice occaluerunt? Mancam, & mutilam malo meam hic orationem haberi, quam clades omnes, cædes, rapinas, incendia, ſacrilegia ab his Barbaris patrata recenſere. Quod ad rem attinet, Inſulis Mediterranei potiti Sarraceni, ac litora Africæ, quæ aduerſa Europæ obtenduntur, Hiſpaniarũq; regna poſſidentes, numeroſis abundantes claſſibus, nautis, militibus, re nautica excellentes, militari diſciplina terribiles, nemine penitus amplius reſiſtente, totum ſibi Mediterraneum occupârunt, vt non modo nauigãdi omnis facultas noſtris eſſet adempta;[7] ſed vel ipſi Pontifices Ma-

1. Platin. ibi. Blond. d. l. 2. & de geſt. Venet. alij.

2. Anaſtaſ. in Leone IV. P. M. Platin. ibid. & in Greg. IV. Palmerius in Chronic. ann. 829. 845. & 849.

3. Anaſtaſ. & Platin. loc. citat. Blond. d. l. 2. Fazell. d. l. 6.

4. Palmer. in Chron. ann. 864.

5. Ibid. ann. 914.

6. Platin. in Ioanne XII. P. M. Blond. d. lib. 2. & in deſcript. Ligur. Cal. Cur. hiſt. Sarrac. l. 2. Palmer. in Chron ann. 933. Fazel. d. lib. 6. Foliet. hiſt. Genuen. l. 1. alij.

7. Guaguin. de geſt. Franc. l. 5.

Digitized by Google

Maximi Romæ ſe minime ſecuros exiſtimarent. Erant autem Sarracenorum claſſes adeo numeroſæ, vt Veneta Græcæ coniuncta ſuccubuerit, vt retulimus, [1] atque illi ad Hiſpaniarum oras, ducentas ſeptuaginta naues appulerint, cum illam prouinciam ſunt aggreſſi, & ad Conſtantinopolim obſidendam (dum in Gallico mari eodem tempore ingentem haberent claſſem) trecentas adduxerint. In ſumma [2] occupatis Hiſpanijs, inſuliſque adiacentibus, Sardinia, Corſica, Sicilia, Lucania, vrbibuſque, & oppidis, quæ inde ſunt vſque ad Gargani montis loca, & Adriatico imminent, ac Cycladibus, Cypro, Creta, Rhodo, totaque Africæ ora maritima, quæ ſpectat ad Septentriones, Mediterraneo vniuerſo late dominati ſunt: Ac noſtro Liguſtico præſertim, in quo Corſicam, Caprariam, Gorgonem poſſidentes, excurrenteſque facile ex Africæ, Hiſpaniarumq; ac Sardiniæ portubus, neminem prorſus nauigare tuto permittebant.

1. Roderic. Tolet. hiſtor. Arab. lib. 3. c. 11. Aldret. antigued. de Eſpaña lib. 3. c. 21.

2. Fazel. d. l. 6

De Vrbe Genua, ac Genuenſium in Liguria Regno, eorumque libertate, & politia.

CAP. VII.

DVM Romanum imperium diſcerperent barbari, in Liguria vrbs Genua (quę [3] totius prouinciæ erat emporiũ) viribus, potentiaque cœpit ſuccreſcere, quibus

3. Strabo l. 4. Foliet. hiſtor. Genuen. l. 1.

ad

ad eam amplitudinem prouecta eſt, vt late terra marique terminos imperij propagârit. De huius ciuitatis cōditoribus diuerſæ ſcriptorum ſententiæ ſunt. Aiunt [1] nonnulli, Ianum Genuum primum Regem Italiæ, in eam regionem miſſis colonijs, conditam vrbem a ſuo nomine dixiſſe, cuius rei argumentum afferunt, collem Iani vrbis partem, hactenus vernaculo idiomate Carinianum appellatum, quod Armenia lingua Iani vineam ſignificet. [2] Volunt alij a Iano Italiæ Rege extructam, ab altero Iano Teucro amplificatam fuiſſe, ideoque in ea primum bifrontem Ianum adoratum, quod duos Ianos habuiſſet authores, a quibus nomen aiunt illam eſſe ſortitam. [3] Alij a Genuino, ſeu Genuo Phaëtontis ſocio: alij [4] a Genuo Saturni filio denominatam opinantur. [5] Sunt qui ab Allobrogibus poſitam aſſeuerent, & tranſalpinæ cuiuſdam Genuæ eſſe coloniam contendant. Sed hæc ad arbitrium fortaſſe conficta ſunt eorum, qui in ijs, in quibus conuinci non poſſunt, amplam ſibi aſſumunt mentiendi facultatem; probabilior eorum forſan eſt ſententia, [6] qui Genuam autumant dictam a Genu ſimilitudine, quam exhibet vrbis ſitus. Cum namque Alpes, & Apenninus, celeberrimi montes, ad ipſam coniungantur, atque in coniunctionis angulo genu formam exprimant, inde fortaſſe Latini veteres Genuam dixere, a quibus Græci poſtmodum ſuum [7] Γενόα,

1. Porc. Cat. ſuppoſit. ab Ann. Viterb. Fr. Leand. nella deſcrittione della Riuiera di Genoua. Bizarr. hiſt. Gen. l. 1.

2. Petrarch. in Itin. Fr. Leād. & Bizar. loc. cit.

3. Braccell. in deſcript. ora Liguſtic. Supplemēt. Chronic. lib. 4. Fr. Leand. & Bizar. loc. cit.

4. Supplem. Chronic. Fr. Leand. & Bizar. loc. cit.

5. Volaterran. Cōm. Vrban. l. 4. in Ligur. Io. Picard. de priſca Celtoped. l. 5.

6. Foliet. d. l. 1.

7. Stephan.

Digitized by Google

aut [1] Γενύα mutuati sũt. Recentioris vero æui ſcriptores Latini ſæpius Ianuam appellant, [2] quod noſtri orbis quaſi Ianua quædam eſſe videatur; vnde [3] & Græci Ἰαννούαν trãſcripſerunt, prout fortaſſe emendandus eſt Græcus [4] Stephani codex, qui ſuis temporibus Σταλίαν fuiſſe vocatam teſtatur, [5] cum mendum codici ineſſe merito poſſit dubitari. Cæterum, quod ad ipſius originem ſpectat, [6] conſtans eſt complurium ſententia, antiquiſſimam vrbem eſſe, & multis, ante Troianorum in Italiam aduentum, annis conditam, florentibus tunc maxime in Italia Liguribus, cum Dardanus Troianorum regnum inſtituit, quod iuxta Euſebium incidit in annum ab orbe condito CIƆCIƆCIƆIƆCCXXIII. & iuxta [7] recentiorum calculum CIƆCIƆCCCCLXXII. hoc eſt ante Romam conditam annis circiter IƆCCXXVII. & ante natum Seruatorem noſtrũ CIƆCCCCLXXVII. Ac quidquid ſit, certe antiquiſſimam hanc eſſe vrbem, vel ignorata ipſius origo teſtatur. Neque arridet, quod [8] Blondus innuere videtur, Genuam tempore belli Punici exordium habuiſſe, ea ratione motus, quod Florus, & Iordanus, dum a Romanis domitos Liguriæ populos enumerant, de Genua nihil ſcribãt, quam tamen, ſi tunc temporis extitiſſet, minime prætermiſiſſet. [9] Nam tametſi ſcriptores illi huius vrbis non fecerint mentionem, fortaſſe hoc accidit, quoniam Genuenſes tum aduerſus

Ro-

1. *Strabo l. 4. & 5.*
2. *Petrarch. loc. cit.*
3. *Procop. Gothic. l. 1.*
4. *In verb.* Γενύα.
5. *Cluuer. Ital. antiq. l. 1. c. 9.*
6. *Supplem. Chronic. loc. cit. Bizar. de prima Syriac. expedit.*
7. *Heluic. in Theatr. historic.*
8. *In Liguria.*
9. *Fr. Leand. loc. cit.*

Romanos haud militarunt; neque omnes Ligurum populos ſcriptores illi recenſent, ſed montanos, & alpinos tantum; ac omnino nullam habet veriſimilitudinem, in Liguribus oppidum nuſquam fuiſſe, circa mare præſertim, cum re nautica, & negotiatione illos excelluiſſe docuerimus. Et quo pacto anno a Roma condita IↃXXXVI.[1] P. Cornelius Coſ. cum aduerſus Annibalem in Hiſpanias claſſe veheretur, intellexiſſetq; apud Maſſiliam, Pœnos tranſmiſiſſe Alpes, & in Italiam tendere, Genuam cum claſſe renauigâſſet, vt ex Italia hoſtes arceret, ni & illa extitiſſet, & a Romanorum partibus pridem ſtetiſſet? Rurſus quo pacto, niſi hæc vera eſſent, tredecim poſt annis[2] Carthaginienſis Mago illam diripuiſſet? Cum itaque euidens ſit, Genuenſes Romanam fortunam eo tempore eſſe ſequutos, neque eorum vrbem legamus Romanorum fuiſſe coloniam (quod proculdubio Romani hiſtorici haud omiſiſſent) ab indigenis conditam, multo ante tempore extitiſſe oportet, ac propter ſitus opportunitatem, Liguriæ totius emporium fuiſſe, quo regionis incolæ ſuas merces comportarent, quod[3] Strabo teſtatur. Atque ob hanc ipſam opportunitatem maximi ſemper habita eſt ad Italiæ imperium momenti; ideoque, vt dicebamus, P. Cornelius Coſ. aduerſus Annibalem Italiam defenſurus, Genuæ ſtationem ſibi elegit, ſitum opportuniſſimum ratus, quo ab Italiæ fi-

1. *Liu. lib. 21. Amm. Marcell. l. 15.*

2. *Liu. l. 38.*

3. *Geograph. l. 4.*

Digitized by Google

nibus hoſtē terra marique prohiberet;[1] ob quam eandem opportunitatem factum etiam eſt, vt hæc vrbs Italiæ Ianua noſtris quoque temporibus appelletur. Romani igitur id cognoſcentes, biennio poſtquam a Magone direpta fuerat, eam inſtaurari iuſſerunt, quod a [2] Lucretio Spurio perfectum eſt; paruitque Genua Romanis, donec [3] Theodoricus Rex Gothorum primus, anno noſtræ ſalutis CCCCLXXXII. Italiam ſibi ſubiecit, cui [4] Liguria & Genua paruit, [5] extantque eius reſcripta ad Iudæos, qui Genuæ tunc diuerſabantur, quibus eorum priuilegia confirmat, atque vt Synagogam tegant, indulget: [6] aliaque habentur teſtimonia de Gothorum in hac vrbe dominio. Cum [7] autem Beliſarius, a Iuſtiniano Græcorum Imperatore ad recipiendam Italiam miſſus, Romæ obſideretur a Vittige Gothorum Rege, Mundilas cum Græca claſſe, Genuam a Gothis recuperauit. Graſſantibus poſtmodum in Italia Longobardis, [8] cū ipſorum Rex Alboinus, circa annū ab orbe redempto IƆLXX. Galliam Ciſalpinam occupaſſet, Liguriam etiam inuaſit, eiuſque ciuitates omnes, præter eas, quæ mari adiacent, ſuæ ditioni ſubiecit: quare Genua Longobardorum ſæuitiam minime experta, profugorum perfugiū fuit, [9] quo Mediolanenſis Archiepiſcopus Honoratus, cum Clero, ac Patritijs eius ciuitatis, ſe recepit, ipſique Genuæ demortuo ab ijſdem Clero, & Patritijs Laurentius ſuffe-

ctus

1. *Franciſc. Belcar. rer. Gallic. l. 14.*
2. *Liu. l. 30.*
3. *Iornand. de reb. Gotic. c. 57. Blond. dec. 1. l. 3.*
4. *Poliet. d. l. 1.*
5. *Apud Goldaſt. reſcript. Imperial. to. 3*
6. *Apud Foliet. d. l. 1.*
7. *Procop. Gothic. l. 2. Leonard. Aretin. de bell. Gothic. l. 2.*
8. *Paul. Diac. de geſt. Long. lib. 2. cap. 25.*
9. *Ioſ. Ripamont. hiſtor. Eccl. Mediol. dec. 1. l. 8.*

ctus eſt, cuius electionem Mediolanenſis populus ratam habuit, & Pelagius Secundus P. M. approbauit. Neque prius Genua potiti ſunt Longobardi, quam [1] Rotharis eorum Rex, poſt deuictum apud Scultennam Hexarchum, ac Romanorum exercitum, Apenninum tranſgreſſus, in Liguriam duxerit, quam regionem per duodenonaginta annos, quibus premebant Italiam Longobardi, ſuo imperio addere minime potuerant. Horum tamen Tyrannidem breui proprijs viribus excuſſiſſe Ligures, haud leues ſuadent coniecturæ. Primum [2] namque Rotharis vaſtandæ potius regionis, quam expugnandæ, retinendæque animum oſtendit, cum Liguriam peragrauit; nec vſpiam illum præſidia reliquiſſe legimus, aut vllum reperimus monimentum Longobardici in Liguria imperij apud eius æui ſcriptores, qui cum recenſent populos, ex quibus ij ſuos deligebãt exercitus, Spoletinos, Hetruſcos, Beneuentanos, Foroiulienſes, alioſque enumerant, Ligures vero nullibi, ex quibus proculdubio delectum habuiſſent, ſi in ipſorum fuiſſent redacti poteſtatem. Huc accedit, quod in Francorum aduerſus Longobardos, & in Italiam expeditionibus, nulla Liguriæ fiat mentio, neque ea, inter vindicatas a Longobardorum iugo, prouincias, recenſeatur: nam quod ait Chronicon [3] Schafnaburgenſe, Carolum Martellum vltra Liguriam vaſtaſſe, luculentius explicans

1. Paul Diac. d. lib. 2. c. 47. Fr. Leand. loc. cit. Blond. decad. 1. l. 9.

2. Blõd. d. l. 9.

3. Sub anno 731.

1. *De geſt. Franc. l. 2.*

Paullus[1] Æmilius, vltra Maſſiliam, quæ antiquæ Liguriæ limes erat (quod fortaſſe intellexit Chronicon) Hiſpanias verſus, Narbonem, Agatham, aliaque oppida Martellum diripuiſſe narrat, & combuſſiſſe; Somnia etiam ſunt ea, quæ a quibuſdam referuntur,[2] Carolum Magnum poſt deuictos Longobardos, apud Genuam habito conuentu, hortante Conſtantino Græcorum Cæſare, in Syriam nauigaſſe, & Hieroſolymâ Chriſtianis reſtitutâ, Conſtantinopolim ſe contuliſſe. Nam qui apud Genuam dicitur habitus fuiſſe conuentus, lapſus eſt[3] Reginonis, aut certe corruptus eſt codex, cum[4] reliqui Gebennæ in Burgundia, aut in Allobrogibus, hunc habitum fuiſſe conuentum ſcribant, & non poſt profligatos Longobardos, ſed ante bellum contra illos ſuſceptum. Cætera de expeditione Syriaca, & Conſtantinopolitano itinere delirationes ſunt, quæ a nullo eius æui ſcriptore commemorantur. Imo Aaronem Sarracenorum Regem, Carolo in Gallijs commoranti, montem Caluariæ, & Seruatoris ſepulchrum Hieroſolymis donaſſe ſcribit Ægynardus. Neque omnino, ſi e Liguria Longobardos, aut Pipinus, aut Carolus expuliſſet, id omiſiſſent ſcriptores eorum temporum, Bibliothecarius præſertim, qui in recenſendis illorum Regum geſtis, nimius haud immerito grauiſſimi[4] viri cenſura nuncupatur. Sed videtur conuincere, Ligures, antequam aut Pipinus ad-

2. *Iacob. de Verag. in Chronic. Supplem. Chronic. l. 11.*

3. *In Chronic. l. 2.*

4. *Aym. de geſt Franc. l. 4 c. 69. Annal. Carol. Magn. Paul. Aemil. d. l. 2. alij.*

4. *Paul. Aemil. d. l. 2.*

aduerſus Aiſtulphum, aut Carolus aduerſus Deſiderium Longobardorum Reges arma ſumpſiſſent, liberos fuiſſe, quod [1] legimus de Nuncijs a Romanis Pontificibus miſſis ad Pipinum, Carolumque arceſſendos ad propugnandam Eccleſiam, qui cum terreſtria itinera a Longobardis obſiderentur, mari tranſmiſerunt in Gallias. Nam cum eo tempore Corſica, Sardiniaque a Sarracenis tenerentur, ſi Liguria, & Genua in Longobardorum poteſtate fuiſſent, nauigatio Româ in Gallias erat omnium minime ſecura ijs, quibus Sarraceni, ac Longobardi pariter hoſtes erant; Quare Pontifices cum in maxima rerum difficultate verſarentur, egerentque omnino Francorum ſubſidijs, per Germaniam tutius Nuncios ablegaſſent: aut ſane ſi mari miſiſſent, eorum aliquis in alterutrius hoſtis manus incidiſſet; quod tamen eueniſſe non reperimus. Par igitur eſt credere, Liguriam a Longobardorum iugo liberam, Nūcijs Pontificijs, litora, propter Sarracenorum metum, legentibus, tutum acceſſum præbuiſſe. Hinc eſt vt conijciam, paulo poſt Rotharis incurſionē, Ligures, vt [2] qui Regio ſunt animo, & externum ægre tolerantes imperium, ſumptis armis, factaque conſpiratione Longobardos, ſi qua aderant ipſorum præſidia, expuliſſe, & proprijs viribus in libertatem ſe vendicaſſe: nulla etenim poterant a Græcorū Imperatore Conſtantio expectare ſubſidia, [3] qui tunc tem-

1. *In Chro. Reginon. l. 2. Anaſtaſ. Biblioth. in Stephan. II. & Adrian I. PP. MM. Platina Paul. Aemil. alij.*

2 *Gio. Villani l. 11.*

3. *Blōd. dec. 1. lib. 9. Platin. in Martino I. P. M.*

temporis nedum animum adiecit ad afflictas Italiæ res ſubleuandas, ſed nouis etiam ſeditionibus materiam addidit, miſſo Olympio Hexarcho, qui Martinum Pontificem aut occideret, aut Conſtantinopolim captiuum abduceret. Hoc itaque tempore exiſtimo, Genuæ inſtitutis Magiſtratibus Rempub. cœptam a ciuibus adminiſtrari, & antiquato Liguriæ nomine, oram, quæ ab oſtio Vari ad Genuam eſt, Occidentalem eius vrbis oram, quæ inde ad Macram, Orientalem appellatam, & Genuenſe Regnum in Liguria fuiſſe inſtitutum. Aut certe, ſi Græcis auxiliantibus, Longobardorum iugum eſt excuſſum, Ligures deinde in libertatem ſe vendicarũt circa annum a Chriſto nato IↃCCXX.[1] cum Italiæ populi, Leonis Iconomachi auerſantes impietatem, Duces, & Magiſtratus ſibi elegerunt. Non me præterit, nonnullos in diuerſa eſſe ſententia,[2] opinarique, tunc demum Ligures conſtituiſſe Remp. cum extincta Magni Caroli ſobole, Italiæ Regnũ turbatum diſtractumque eſt;[3] alioſque iterum hoc referre ad annum circiter CIↃCX. cum Luca quoque, & Florentia ſe in libertatem vendicarunt, & Normanni Neapolitanum Regnum occupauere. Sed non eſt huius loci de hoc diſceptare prolixius, ſufficitque ſpecimen quoddam dediſſe eorum, quæ alibi fortaſſe, Deo dante, ſumus proſequuturi. Hoc in præſentia ponemus, quandocũque Liguria externorum iugum

1. *Anaſtaſ. & Platin in Gregor. II. P. M. Paul. Aemil. l. 2.*

2. *Foliet. d. l. 1.*

3. *Ammirati hiſt di Firenze l. 1.*

ex-

excuſſerit, Genuam tum toti prouinciæ dominari cœpiſſe, ſitus opportunitate, portus commoditate, ciuibus, opibus, potentia reliquas eius oræ ciuitates cum longe antecelleret. Ac primum quidem Reſp. a Comitibus eſt gubernata; quorum Imperium faſtidientes ciues poſtmodum, ſibi crearunt Conſules, alioſque Magiſtratus, qui eam regerent: externum etiam quandoque ſibi Prætorem elegerunt, cuius temporario regimini rerum ſummam committebant: ac tandem Ducem ſibi præpoſuerunt, additis Patribus conſcriptis, de quorum conſilio is Remp. adminiſtraret. Sed exortis diſcordijs, & ciuilibus bellis, dum nulla factio alteri vellet concedere gubernaculum, aliquoties ad exteros Principes ſceptrum delatum eſt, certis conditionibus, quibus libertas ſarta tecta conſeruaretur. Demumque varijs agitata caſibus Reſp. anno a Virginis partu ſupra milleſimum, quingenteſimo vigeſimo octauo, ab Andrea Auria [1] Genuenſi Lycurgo, aut Arato, ſui ſeculi [2] Pompeio, feliciter reſtituta eſt, latæque leges, quæ deinceps anno CIƆIƆLXXII. per Legatum Summi Pontificis, Oratoreſq; Cæſaris, ac Regis Catholici (quibus a ciuibus ea conceſſa fuerat authoritas) in meliorem adhuc formam ſunt redactæ. Tota Reſp. e maiori Concilio pendet, quod quadringentis ciuibus nobilibus conſtat, qui ſtatis temporibus cooptantur; Concilium minus arctiorem

1. *F. Method. hiſtor. c. 6.*
2. *Arioſt. Orland. Furioſ. cant. 15. ſtanza 31.*

rem habet poteſtatem, prout etiam duo Collegia, quæ appellãtur, quęq; conſtant ex Duce, duodecim Gubernatoribus, atque octo Procuratoribus, præter perpetuos; atque his legibus hactenus Reſpub. ſancte adminiſtratur. Vrbs ipſa ad Apennini ſita radices, partim collibus inſidet, per planitiem partim extenditur: qua ſpectat ad Septentriones, aduerſus Aquilonis impetũ mõtis iuga habet munimentũ: qua ad Auſtrum, ſinum aperiens, portũ efficit, ipſoque circũdato ſuperbis ædificijs, theatri effigiem exprimit; dicereſque, ad tutandum maritimũ imperium, ſpectandaſque ſuorum ciuium victorias, ac triumphos e colle deſcendiſſe, non contentam vaſtiſſimis, altiſſimiſque mœnibus, montes ſuperaſſe, ni & pelago firmiſſimis, ſuperbiſſimiſque molibus, quaſi fræna iniecifſet. Prima Vrbi mœnia circumdata, poſtquam [1] a Sarracenis fuerat direpta, eaque extendebãtur a D. Petri, vulgo de Banchis, vſque ad Auriarum forum, indeque ad D. Ambroſij, ac mare. [2] Secunda deinceps anno reparatæ ſalutis CIↃCLIX. quæ ab Occidente, incluſis D. Sabinæ ædibus, in Orientem ad D. Franciſci, ac D. Catharinæ, ijſque complexis, cum templo D. Andreæ, in area, quæ Sarzani dicitur, ad mare terminantur. Sed horum circuitus exigua iam vrbis portio eſt, additis tertijs mœnibus anno CIↃIↃXXXVII. quibus ſuburbia incluſa ſunt, & ciuitas aduerſus ænearum machinarum fulmina

1. Merul. Antiq. Viſcecom. l. 2. Bizar. hiſtor. Genuen. l. 1

2. Corio hiſt. di Milano p. 1. Foli. t. hiſtor. Genuen. lib. 2. alij.

Digitized by Google

mina communita: Iterumque ſeptem fere abhinc annis, occupatis montium cacuminibus, mœnia ingentibus ſumptibus per quatuordecim ferme P. M. inſigni, inauditoque opere inducta ſunt, quæ vt ciuibus ſecuritati, ſic hoſtibus terrori, cæteris admirationi eſſe poſſunt; additurque modo aduerſus inſanos pelagi fluctus, ſi non maiori ſumptu, maiori ſane miraculo quam mœnia, firmiſſima moles, Anſaldo de Mari ingenioſiſſimo, nobiliſſimoq; architecto, quo ſecuritas nauibus, maritima potentia Reip. augeatur. Veruntamen, quas hactenus recenſuimus, patriæ meæ dotes eximiæ, vbi illas cum ipſius religione confero, mihi quodammodo exiguæ videntur, & leues. Nimirum vix vlla ciuitas, aut promptius Chriſtianam pietatem eſt amplexata, aut conſtantius profeſſa.[1] Nazarius, & Celſus ab Apoſtolis ad annunciandum in Galliam Ciſalpinam Euangelium miſſi, Genuenſes ſacra redemptionis noſtræ myſteria edocuere, atque imbuta Chriſtiana, Catholicaque religione, inter primas totius orbis, ciuitas, nunquam ab ipſa declinauit. Plures, eoſque ſingularis probitatis, ac ſanctitatis Epiſcopos habuit, donec in Metropolim[2] erecta eſt ab Innocentio Secundo Pont. Max. anno CIƆCXXXIII. cum Genuenſes aduerſus Anacletum Antipapam Pontifici adfuiſſent; primuſque Archiepiſcopus electus eſt Sirus,[3] idemque poſtmodum ab Alexandro III.

1 Foliet. hiſt. Gen. l. 1. Iacob. de Vorag. in Legend. Sanct. in vita Nazar. & Celſ. Suppl. Chronic. l. 4. Bizar. de prima in Syr. expedit.

2. Platin. in Inn II. P. M. Blond. dec. 2. l. 5. Sigon. de regn. Ital. l. 11 & Bulla huius erectionis extat in tabulario Sereniſs. Reip.

3. In Bulla ipſius Alexandri ſuper confirmatione erectionis Epiſcopat. Ianuen. in Archiepiſcopatum, quæ habetur in d. tabulario.

anno CIϽCLXI. tranſmarina legatione fuit donatus, qua ipſius ſucceſſores etiam fungerentur. Idemque [1] Alexander ampliſſima priuilegia, atque exemptiones, vt vocant, alias Canonicis, & Capitulo Eccleſiæ Metropolitanæ ab Lucio Secundo, & Eugenio Tertio conceſſa, confirmauit; quod & ipſum Cæleſtinus Tertius fecit.

1. Extant Bullæ harũ exẽptionum in Tabulario Capituli d. Eccleſ.

De Genuenſium bellica Virtute.

CAP. VIII.

GENVENSES itaque iactis Reip. fundamentis, veterum Ligurum ſequentes veſtigia, omnique ſtudio ad bellum incumbentes, in re bellica maxime excelluere: ſubacta proinde Liguria, adeo anguſto dominio nõ cõtenti, in remotiſſimas regiones ſui nominis famam, gloriamque, ac imperij fines late propagârunt. Et quod ad terreſtrem militiam attinet, [2] gens aſperrima, atque inuictiſſima nihil prætermiſit, quin virtutis admirabilis, incredibiliſque ſpecimen, in cuiuſque modi prælijs daret. Nam in defendendis vrbibus [3] ſolers præ alijs hominum genus, mirabili fortitudine, & conſtantia, ſæpius potentiſſimorum hoſtium conatus irritos fecit. Celebris eſt ipſius vrbis obſidio, quæ Troianæ a viris grauiſſimis [4] comparatur. Cum etenim Gibellini exules, opibus Maphæi Vicecomitis, Cæſa-

2. Petrarch. in epiſt. ad And. Dandulum Ducem Venet.

3. B. Facius de geſt. Alphonſi l. 4.

4. D. Antoninus in Chronic. p. 3. tit. 21 c. 5. §. 7. Folieta hiſt. Gen. l. 6. Bizarr. l. 5. alij.

ſariani apud Mediolanenſes Vicarij, & Caſtructij Caſtracanis Lucenſis Tyranni confiſi, anno a Virginis partu CIƆCCCXVIII. vrbem arcta obſidione premerent, in valle Biſamnia, & Porcifera caſtrametati, potitique montium aſſurgentium cacuminibus; Guelphi ciues contra firmiſſimo præſidio vrbem tenentes, expectanteſque Roberti Neapolitani Regis ſubſidia, acriter conſtanterque ſe tuebantur. Varia, crebraq; pari audacia, atque virtute commiſſa ſunt prælia, cum inter ciues, eadem vtentes diſciplina, res ageretur, durauitque obſidio decem integros menſes, donec Gibellini fugati receſſerunt. At mox maiori cum exercitu, ac deliberatiori animo redeuntes, vrbem iterum quatuor integros annos terra marique obſederunt, ſed fruſtra, cum Guelphorum virtute victi obſidionem tandem omnino ſoluere ſint coacti. Neque minus celebris, glorioſaque fuit ciuitatis Chij propugnatio,[1] quam magno cum apparatu, ingentibuſque machinis bellicis, ac perpetuis æneorum tormentorum ictibus terra marique adorti Veneti, poſt dirutam, ſoloque æquatam maiorem mœnium partem, cum nihil proficerent, ſed a noſtris fortiter repellerentur, octauo, & ſexageſimo a cœpta oppugnatione die, magna cum ignominia ex Inſula aufugêre: qua in propugnatione eo maior noſtrorũ virtus emicuit, quo inæquabili armorum genere decertârunt, baliſtis

1. Blond. decad. 3. l. 5. Bracell. de Bell. Hiſpan. l. 2. Foliet. loc. cit. l. 10. Bizarr. de Bell. Venet. l. 2.

videlicet, quibus ſolis erant armati, contra bombardas, & ſclopos, vt appellant, quibus Venetorũ exercitus erat inſtructus. Quid de [1] Famaguſta dicã, aduerſus Cypriorũ Regem acriter, feliciterq; defenſa? Quid propugnatum aduerſus [2] Alphonſum Aragonium Bonifacij oppidum in Corſica? Quid [3] Caietam commemorem? Quid Theodoſiam recenſeam, quam noſtri contra Scytharum impetum non modo tutati ſunt, ſed hoſtilem etiam Barbarorum exercitum fuderunt, & profligârunt? Quis neget, in hoc militiæ genere egregia ſummæ virtutis noſtrorum ciuium extare monumenta? Iure ſane optimo [4] Facius noſter, in defendendis arcibus, ſolers Genuenſium genus appellauit. Et quamuis in animo haud ſit enarrare ſingula, quæ in hoc genere præſtiterint Genuenſes, impium tamen eſſet præterire ſilentio glorioſum, egregiumque meorum ciuium facinus, quo inuictæ fortitudinis exemplum poſteris reliquere. [5] Sudacum in Tartaria Genuenſis Reip. ciuitatem, arcemque ingens Turcarum exercitus circumſederat; cumque a noſtris acriter, animoſeque defenderetur, diu protracta eſt obſidio, donec fame deficientes propugnatores egregij, cum totam iam ciuitatem defendere ſe minime poſſe animaduerterent, neque omnino immani hoſti deditionem facere in animum inducerent, in templum maius, mille fere numero, ſe receperunt. Ibi fortiter hoſtium impetum

1. *Folict. loc. cit. l. 9. alij.*
2. *Blõd. dec 3. l. 1. Braccell. loc. cit. lib. 2. alij.*
3. *Blond. loc. cit. l. 7. Bracell. d. l. 2. alij.*
4. *Loc. cit.*
5. *Martinus Bronsonius in deſcript. Tartar.*

exci-

excipientes, magnaque edita ſtrage, tandem ante altare, victimæ glorioſæ Omnipotenti cadere, quam barbaro hoſti ſe dedere maluerunt; vt qui Lycurgum in noſtra Rep. habuerimus, nec Leonidas deſiderare poſſimus. Neque minus quam in propugnandis conſtantia, ac fortitudo, in expugnandis arcibus induſtria, atque audacia noſtrorum emicuit, cuius præclarum teſtimonium dat ſancta ipſa Hieroſolyma, ſacro bello Genuenſium machinis, & ſolertiâ expugnata. Cæſarea etiam Palæſtinæ, eodem bello, cum a Sarracenis acerrime defenderetur, noſtrorum virtute capta, & in ditionem eſt redacta; quo bello egregie a Genuenſibus nauatam operam Balduinus Hieroſolymorum Rex poſteris vt teſtatam faceret, noſtros non [1] modo parte vrbium deuictarum donauit, ſed in ſacro etiam Seruatoris noſtri ſepulchro, veluti in loco illuſtri, omnibuſque conſpicuo, ſuper arca altaris, grandioribus literis hæc verba iuſſit inſcribi.

PRÆPOTENS GENVENSIVM PRÆSIDIVM.

Ciuitates quoque nonnullas, & oppida, plateam Hieroſolymis, ac magna, innumeraque priuilegia Genuenſibus [2] conceſſit; *Qui* (vt [3] Richardi Anglorum Regis verbis vtar) *ſuper omnes alios homines ad ſanctæ terræ Hieroſolymæ ſubſtentationem, propenſiorem ſolicitudinem habuerunt*. Expugnatæ deinceps [4] Berytus, & Malmiſtra in Syria, ac poſtmodum [5] Almeria, Derthuſiaque in Hiſpanijs,

1. Sigonius de regn. Ital. l. 9.
2. Extat hæc Balduini donatio in Tabulario Sereniſſimæ Reip.
3. In Epiſt. ad Archiepiſc. Poteſtatem, & Conſules Ianuen. quæ extat in d. Tabular.
4. Foliet. Hiſt. Genuen. l. 1.
5. Ibid & in epiſtol. Ducis Genuæ ad Regem Alphonſũ apud Bracell.

nijs,

nijs, in Sicilia Syracuſæ, in ipſaque vrbe ſæpius binæ arces munitiſſimæ, aliæque etiam ciuitates, quarum expugnationes in noſtris leguntur annalibus, quantum in expugnandis vrbibus, munitiſque locis Genuenſes valeant, affatim declarant.[1] Quin imo vſitatis modis non contenti, cum ad expugnandam munitiſſimam arcem, quam ad Phari Promontorium, in vrbani portus faucibus Galli obtinebant, ſolitæ machinæ eſſent ineptæ, primi omnium noſtri, obſoletas cuniculorum inſidias ad vſum reuocârunt, & quaſi poſtliminio militari recentiorum temporum diſciplinæ reſtituerunt. Aperto autem marte, ac inſtructa acie non minus valuere, vt cum bellicoſiſſimis gentibus manus conſerentes ſæpius demonſtrarunt.[2] Fuſi enim in Sardinia, atque iterum in minori Balearium inſula Sarraceni, magna cum ſtrage, rurſuſque in Hiſpanijs apud Almeriam, vbi viginti ipſorum millia (quamuis militum numero præſtarent) ceciderunt, noſtrorum virtutem teſtantur.[3] Mediolanenſium etiam Principis Barnabæ Vicecomitis exercitus, qui Genuenſium fines fuerat ingreſſus, a ciuium tumultuarijs, & ſubitarijs copijs in fugam verſus, & maiorem partem obtruncatus eſt; Et cum Mediolanenſium Dux eſſet[4] Ioannes Galeatius Sfortia, eiuſque magnus exercitus ad vrbem expugnandam veniſſet, ciues, quamuis contra binas arces (quæ

1. Bizarr. hiſt. Genuen. l. 18.

2. Idē de bell. Sarrac. Sigon. de regn. Ital. l. 11. alij.

3. Bizarr. de b. l Venet. l. 2. Foliet. hiſtor. Genuen. l. 8.

4. Bizarr. hiſt. Genuen. l. 15. Foliet. l. 11.

pro

pro Io. Galeatio præſidio vrbẽ opprimebant, ciuitas eſſet defendenda, mœnibus tamen exeuntes, mira audacia, ac ferocia cõmiſſo atrociſſimo prælio, hoſtilem exercitum fuderũt, magna hoſtium parte in captiuitatem abducta. [1] Gallorum quoque exercitus ſubſidium Caſtelleto (arci, quæ a ſuis in vrbe tenebatur)afferre tentans, a noſtris & numero, & armis inferioribus acie fuſus, & magnam partem deletus eſt. Atqui nimius eſſem, ſi fortitudinis, ac bellicæ virtutis exempla, quæ Genuenſes edidere, ſingula vellem enarrare: ſufficiat pro inſtituto innuiſſe, maiores noſtros, quod ad militiam ſpectat, tot nobis, tantaque reliquiſſe monimenta, vt ad externa recurrere minime compellamur. [2] Tanti autem erant Genuenſes milites, ſagittarij præſertim, vt Galli, Italique Principes, ſe iuſtum exercitum non habere arbitrarentur, ſi Ligurum ſagittariorum legio deeſſet, merebantque Genuenſes paſſim ſtipendia eo fere pacto, quo nunc Heluetij, & a Principibus magnis ſtipendijs conducebantur. Noſtris quoque temporibus Ambroſius Spinula Regi Catholico militans, ſummi Ducis exemplar extitit, quod poſteri imitarentur, ipſiuſque filius Philippus paternis inſiſtens veſtigijs, eiuſdemque Regis ducens exercitus, non minus Patriam illuſtrat. Cum autem florentiſſima noſtra Reſp. inter bellicos tumultus Omnipotentis Dei munificentia, pacis fruatur beneficio, neque

vlla

1. Bizarr. loc. cit. l. 13. Sermonet. Sfortiad. l. 28. alij.

2. Ammirat. hiſtor. di Fir. l. 12. Popellinier. en l'Admiral de Frãce c. 8. & 9. Braccell. de bell. Hiſp. l. 2. Foliet. loc. cit. l. 4. & 10.

Digitized by Google

vlla domi militaris diſciplinæ exercēdæ præbeatur occaſio, niſi qua præſidia vrbium, atque arcium noſtrarum, ciues diſtinent, apud exteros bellum quærimus, ac vix vllus bellum gerit Princeps, qui multos, ſtrenuoſque ciues noſtros in ſuis exercitibus non habeat. Quamuis enim maiorem ciuium partem diuturna pax ad ſuas artes attraxerit, cum tamen indurata laboribus Ligurum ſint corpora, aſſiduiſque periculis aſſuetus animus, in parſimonia item, ac victus tenuitate educati, in eaque regione, ac ſitu nati ſimus, qui optimos milites emittunt, bellicis functionibus apprime vtiles ſumus, vt iure optimo aſperrimam, atque inuictiſſimam gentem,[1] vir doctiſſimus Genuenſes appellárit.

Genuenſium in re nautica, maritimisque prælijs excellentia.

CAP. IX.

At veluti in terreſtri militia, virtute, ac diſciplina nemini cedimus, ſic in maritima frequenti[2] magnorum virorū ſuffragio, alijs gentibus omnibus anteponimur. Et ſane[3] vrbs noſtra nauualis belli peritia adeo ſemper floruit, vt inter externos eius belli gerendi duces, vix vllus reperiatur, qui tot vrbes expugnárit, tot inſulas ſubegerit, tot barbaras nationes deuicerit, tam frequenter hoſtium naues,

1. Petrarcha in d. epiſt. ad And. Dandulum.
2. Frideric. Aenobarb. Henric VI. & Frideric. II. Cæſares in priuilegijs cōceſſis Sereniſſimæ Reipub. quæ extant in ipſius Tabular. Iouius hiſtor. lib. 12. Philipp. Callimach. Florētin. Orator Regis Polon. ad Innoc. VIII. P. M. in Orat. ad eund. Innoc. de bello Turcis inferen. Zachar. Lilius in Breuiario orbis. Bizar. de bell. aduerſ. Frideric. II.
3. Georg. Bruin in Theatr. vrbium.

ues; ac ſpolia triumphans in patriam abduxerit, vt noſtrorũ multi fecêre; ideoq; de noſtra Rep. id iure optime dici poſſe videtur, quod aiebant de Scipionum gente, illam ſcilicet eſſe fatalem ſtirpem ad hoſtes mari vincendos. Quod ſi res a noſtris mari geſtas quiſpiam examinauerit, inueniet proculdubio, nullam vnquam maritimá vrbem tot, tantaque in eo expeditionis genere præſtitiſſe. Quin & ipſum pelagus quodammodo Genuenſes, vt dominos videtur reuereri. Cum præteritis ſiquidem ſeculis Oceani nauigatio, ad Occidentales terras, a compluribus gentibus tentaretur, noſtra quoque ab eo tot ſecreta paraſangis, anno partæ ſalutis CIƆCCXCI.[1] Tediſio Auria, & Vgolino Viualdo Nauarchis, in idem incubuit; irrito quidem tunc, vt cæterarum conatu. Sed qui inuius antea fuerat, terribilis, immenſus, cuius voraces vndas nautæ formidabant, Oceanus, poſt tot fruſtrata Principum deſideria, poſt tot deluſas Nauarchorum artes, poſt tot abſorptas claſſes, Chriſtophoro tandem Columbo, populari noſtro, contumacem aperuit ſinum, & pacatum, ſecurumque primum præbuit tranſitum; ac ſi aduerſus dominum minime auderet ſuperbire. Sane quadrant in Columbum, quæ de Neptuno maris domino cecinit Poëta,

[2] *Ac veluti magno in populo cum ſæpe coorta eſt*
Seditio, ſæuitque animis ignobile vulgus,

1. *Foliet. hiſt. Gen. l. 5. Agoſtino Giuſtin. Annal. di Genoua ſub anno 1291.*

2. *Virgil. Aeneid. l. 1.*

Iamq; faces, & ſaxa volant, furor arma miniſtrat;
Tum pietate grauem, ac meritis ſi forte virum quem
Conſpexere, ſilent, arrectiſque auribus aſtant.
Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.
Sic cunctus pelagi cecidit fragor, æquora poſtquam
Proſpiciens genitor, cæloque inuectus aperto,
Flectit equos, curruque volans dat lora ſecundo.

Non enim ſecius, quam ad Neptuni conſpectum pacatum eſt Mediterraneum, vbi ſæuierat antea, ingrediente Columbo acquieuit Oceanus, gentemque noſtram, ſeu domitricem, ſeu dominam ſui confeſſus eſt. Et quidem quantum excellant Ligures in re nautica, quantique ipſorum induſtria cenſeatur, noſtrum hoc ipſum ſeculum fatetur, quo triremium Gubernatores, qui vulgo *Comiti* appellantur, apud omnes fere Principes, magnam partem e noſtra Liguria ſtipendijs exquiſitis conquiruntur. Hoc enim nauigij genus, poſt reperta ænea tormenta, potiſſimum ſibi gubernandum Genuenſes elegerunt, tanquam omnium ad bellica munera commodiſſimum. Nam tametſi onerariæ naues capaciores ſint, cũ remis tamen agi nequeant, ventum ſequantur neceſſe eſt, vbi triremes, & actuariæ, longæque naues, remorum beneficio, vel in ſumma malacia iter faciant, & non raro nauigent aduerſus ventum proras dirigentes. Neque ad nauigandum vlla in re onerarijs inferiores ſunt, quamuis illæ, propter aluei amplitudinem, cõmodius

aqua-

Digitized by Google

aquarum ſuperficiei innatare videantur; hoc enim falſum eſſe conuincitur ex ijs, quæ[1] Galilæus Galileius, noſtrorum temporum Archimedes,[2] & Benedictus Abbas Caſtellius, Monachus Caſſinenſis, S.D.N. Vrbani VIII. Mathematicus, vir omni virtutum genere ornatiſſimus, demonſtrârunt, vbi figuram non eſſe in cauſa, cur moles facilius aquis ſupernatet, docuerunt. Cum itaque longę naues æque facile, ac onerariæ aquis innatent, eas autem ſuperent agilitate, qua facilius mouentur, & commoditate remorum, quibus ſine vento, vel etiam ipſo aduerſo, faciunt iter; prætereaque non adeo ventorum violentiæ ſint obnoxiæ, quorum impetum remis poſſunt effugere, terriſq; propius nauigantes, cômeatus facilius, cæteraſque humanæ vitæ commoditates poſſint ſibi comparare; mea quidem ſententia in hoc nauigiorum genere eligendo Genuenſes optima ratione ſunt vſi; Præſertim cum in naumachia longæ naues onerarijs maxime præſtent; nam duplicibus munitæ caſtellis, in prora, puppique, hoſtes vehementer offendere poſſunt, ac ob anguſtiam ſui commodius reddũt ſubſidium, quod milites, qui ab vno ſunt latere, alijs qui in altero præliantur, debent præſtare. Vlterius, vbi aduerſus onerarias præliantur, æneis tormentis armatæ, eminuſque prælium committentes, ac ictus in vaſtam onerariarum molem dirigentes, vix vllum in caſſum explodunt; illæ contra ob

1. In tractatu delle coſe, che ſtanno ſopra l'acque.

2. Conſiderazioni ſopra il Diſcorſo del Colombo contro il Galileo.

triremium, cum gracilitatem, tum humilitatem, vix poſſunt collimare. Accedit alia non minor commoditas, cum maxima ipſæ in libertate verſentur, vbi cum onerarijs agendum ſit, nam ad manus conferēdas inuitæ minime compelli poſſunt; flante etenim vento, vbi inferiores ſe viribus cernant, aduerſus illum dirigentes proras, onerarias eludunt, quæ ſequi nequeunt, cum ab aduerſo flatu repellantur, illo ſilente, haud ſe mouentibus onerarijs inſultant impune. In ſumma, in toto nauium genere nullum longis actuarijs commodius eſt, in Mediterraneo ſaltem, vbi aut nullus, aut minimus maris æſtus apparet. Has autem *Galeras, Brigantinos, Fuſtas* noſtra ætas appellat, veteres, naues longas, actuarias, moneres, biremes, triremes, quadriremes, ſimilibuſq; vocabulis pro magnitudine nominârunt. Neque enim eorum ſententiæ accedo, qui biremes, triremes, cæteraſq; deinceps dictas a duplici putant, aut triplici remorum ordine, qui in altum procederet, totidemque in ijs tabulata fuiſſe, quot remorum ordines opinantur, cum plures ordines in altum inutiles eſſe experientia doceamur; [1] ſed oportet alia quapiā de cauſa ita fuiſſe appellatas, quod cum præſentis inſpectionis minime ſit, de eo diſputare vlterius omittemus; vtque eo reuertamur, vnde diuertimus, militarem Genuenſium virtutem in maritimis prælijs, vel ab ipſis noſtri nominis hoſtibus teſtatam habemus. [2] Cum etenim

1. *Vide Bayſ. de re nautic.*

2. *Braccell. de bell. Hiſt. l. 3.*

Digitized by Google

nim Alphonſus Rex Aragonius ad Caietam aduerſus noſtrâ claſſem tenderet pugnaturus, non tantũ confiſus numero ſuarum nauium, qui duplus erat noſtrarum, ac virtuti ſuorum militum, quantum, quod abeſſe nauales ſocios a Genuenſi claſſe, eamq; præſidiarijs vrbis militibus ſolũ eſſe inſtructam acceperat, cum propius acceſſiſſet, & aliquod iam oculorum eſſet iudicium, Nicolaus Specialis, qui Regis vices in Sicilia gerebat, vir ſpectatæ virtutis, animos Regi ademit. *Mentiuntur*, inquit, *o Rex, qui dicunt has naues milite terreſtri, e præſidio vrbis tranſlato, refertas eſſe. Genuenſes ego loricas probe noui, & quos vides armatos tanta ſcandere, & diſcurrere agilitate, nauales ſocij, non e prætorijs cohortibus milites ſunt.* Tanti ſcilicet noſtrorum virtutem faciebat Specialis, vt cum ipſis temere prælium committi cenſeret, tametſi Rex acerrimo milite, atque fortiſſimo inſtructã claſſem, etiam nauium numero præcellentem, haberet; nec prudentem virum Genuenſium virtus fefellit, qui deuictum Regem, cum tota fere claſſe, captiuum abduxerunt. Noſtrarum quoque triremium robur, quaſi prodigioſum, cuique reſiſti non poſſet, habebatur,[1] & temeritatis arguitur Guido Flander, qui onerariarum claſſem inſtructiſſimam, cum ſexdecim noſtratibus triremibus (quibus Raynerius Grimaldus ſub Regis Gallorum ſtipendijs præerat) auſus fuerit committere, quo in prælio ſuperatus, & captus eſt.

1. D. Antonin. in Chronic. part. 3. tit. 20. c. 8. §. 23.

eſt. Sed nulla fere gens cum noſtris manus eſt auſa conſerere, quæ maritimis prælijs ſæpius victa, inferiorem ſe Genuenſibus, hoc genere militiæ, fateri non ſit coacta. [1] Ac Sarraceni quidem, gens tunc temporis toti terrarum orbi formidabilis, ad Corſicam magna cum clade ſuperata, ab Audemaro Franco, & paulo poſt [2] ad Buſinarias inſulas (cum vrbem noſtram, defenſoribus vacuam, imbelli multitudine partim cæſa, partim in captiuitatem abducta, miſere diripuiſſet) magna cum ſtrage deuicta, [3] nuſquam noſtram claſſem expectare deinceps eſt auſa. Quapropter Sarracenorum prouincias aggreſſi noſtri, poſtquam hoſtem mari expulerant, [4] Sardinia recepta, direpta minori Balearium, in ipſas Hiſpanias, Sarracenorum ſedem, copias exponẽtes, Almeriam, Dertuſamque munitiſſimas vrbes expugnârunt: Quare accepti beneficij memor Raymundus Barchinonenſis Comes, cui ex pacto cũ noſtris inito duæ ex tribus Dertuſæ partes obtigerant, [5] Eccleſię Metropolitanæ vrbis noſtrę, eiuſque Canonicis, & Capitulo Inſulam in Ibero flumine poſitam, iuxta eandem Dertuſæ ciuitatem, largitus eſt. Piſani autem, [6] gens in maritimis prælijs acerrima, toties fere victi ſunt, quoties aduerſus noſtros arma ſumpſerunt, & poſt acceptas innumeras clades, [7] ipſamque Piſarum vrbem deformatam, ac ſemirutam, [8] ad Lamellum tandem, maximo prælio expugnati, non vires

1. Foliet. hiſt. Genuen. l. 1. alij.

2. Ibid.

3. Ibid.

4. Ibid.

5. Eugen. III. & Alex. III. in Bull. Priuileg. Eccl. ſiæ S. Lauren Ianuen. ex Tabular. Capit. d. Eccleſ. ex lib. ſignat. P. A.

6. Platin. in Honor. IIII. P. M.

7. Foliet. d. lib. 1.

8. Ibid. lib. 5. Platin. loc. cit. Blond. dec. 2. lib. 8. Ammirat. hiſtor. di Firen. l. 3.

vires modo, ſed & animos ornandi claſſes, nauigandique propoſitum amiſerunt; [1] factaque poſt nonnullos annos cum noſtris pace, partem Sardiniæ, & Bonifacium in Corſica dediderunt, receperuntque, ſe quindecim totos annos cum armatis triremibus minime nauigaturos. Neque ſecius Veneti, vbi cum noſtris ſigna cõtulerunt, tametſi maritimis viribus maxime pollerent, ac numeroſiſſimas inſtruerent claſſes, ingentibus frequenter cladibus afflicti ſunt. [2] Inſignis eſt victoria, quam de illis noſtri, Lamba Auria Duce, licet nauium, & militum numero inferiores, reportarunt ad Corcyram nigram, qua ſeptuaginta eorum triremes in poteſtatem ſunt redactæ; quare [3] Veneti abiectis animis, quibus pactionibus potuerunt, pacem a noſtris accepêre, promittentes (quod in maximum tendebat ipſorum Reip. detrimentum) fore, vt tredecim totos annos ab armata nauigatione in mari magno, Cõſtantinopolim verſus, & in Syriam abſtinerent. Sed recrudeſcente poſtmodum bello, [4] memorabile eſt prælium in Boſphori anguſtijs commiſſum, quo noſtri, Pagano Auria Duce, aduerſus tres potentiſsimas claſſes (quarum vna Græci Cæſaris erat, Venetorum altera, tertia Catalaunorum) pugnantes, minori cum nauium ac militum numero, ventoq; aduerſo, ſuperanteſq. ſua virtute, virium, ac venti iniquitatem, ingenti, glorioſaq; victoria ſunt potiti. Audiamus [5] Franciſcum

1. *D Antonin. d. §. 23.*

2. *Idem d. c. 8. §. 7 Chronic. Citizenſe an.* 1298. *Bizarr. de bell. Venet. l. 1 Foliet. loc. cit. l. 6.*

3. *D. Antonin. d. §. 7.*

4. *Corio hiſt. di Milan. par. 1. Cantacuzen l. 4. c. 32. Mattheo Villan par. 1. l. 2 c. 58. Blond. decad. 2. l. 10. Bizar. de bell. Venet. l. 2. Foliet. loc. citat. l. 7. Fac. de bell. Clodian. Platin. in Vrban. VI. P. M.*

5. *Apud Blondum d. l. 10.*

ciſcum Petrarcham, coæuum huic naumachiæ, victoriam noſtris gratulantem. *Viciſtis*, inquit, *conquieſcite, ne quis veſtrorum morum vos putet oblitos. Spumantem hoſtium veſtrorum cruoribus Boſphorum vidimus, quando ad veſperam, violentiſſimo flante Auſtro, inter Conſtantinopolim, & Chalcedonem trium validiſſimarum gentium in vos factus incurſus eſt, illis a Meridie venientibus, Agalipoli enim ſoluerant, & vento adiunctis, atque ideo vela facientibus vobis, contra hoſtes, contra ventum, contra mare, pugnantibus pernox etiam prælium fuit; poſtremo proximam in lucem pugna ſine intermiſſione protracta eſt, & quo magis poſteritas miretur, nox brumalis fuit.* Hæc ille. At Veneti hac clade, alijſque calamitatibus preſſi, cum, capta a noſtris Clodia, in ipſa ciuitate obſiderentur, eo ſunt redacti, vt pacem petere,[1] eas accepturi leges, quas victor impoſuiſſet, ſint coacti, ipſæque Venetiæ in poteſtatem veniſſent, ni Ducis noſtri intempeſtiua ſeueritas, & fortuna, eam gloriam nobis inuidiſſet. Ad Catalaunos veniamus, qui ad Bonifacij[2] oppidum in Corſica, alibique ſæpius victi, tandem ad Caietam inſigni prælio ſuperati, naualis militiæ palmam noſtris ceſsêre, amiſſis Alphonſo Tarraconenſi, & Ioanne Nauarro Regibus, ac Henrico horum fratre, alijſq; ſupra trecentos primę nobilitatis viris, quos noſtri captiuos abduxêre.[4] Gallorum etiam magna claſſis in ſinu Rapallino a noſtris deuicta, captaq; eſt.

1. *Platin. loc. citat.*

2. *Bracell. de Bell. Hiſpan. l. 2. Blond. decad. 3. l. 1. alij.*

3. *Bracell. loc. cit. l. 3. Blond. d. decad 3. l. 7 Faci. de geſt. Alphonſi l. 4. Pigna hiſtor. della caſa d'Eſte lib. 4. alij.*

4. *Guicciard. hiſt. de Ital. l. 2. Bizar. loc. cit. lib. 16. Foliet. l. 12.*

Digitized by Google

De Flandris ſupra retulimus, quid Guidoni ipſorum Comiti, cum noſtratibus triremibus congreſſo, factum fuerit. Anglorum [1] autem integra claſſis, ſex onerarias Genuenſes expugnare non potuit, & noſtratis mercatoris vna, ſeptem Anglicarum impetum fortiter repreſſit, ac eluſit. Quid de Turcis dicam, quorum inſtructiſſimam [2] claſſem Simon Buccanigra Dux noſter in Oriente deuicit? Nonne tres Liguſticæ [3] naues, vni Græcæ iunctæ, vt omnino quatuor eſſent, Mahometis ſecundi, Turcarum Imperatoris, centum triremium, & centum triginta aliorum nauigiorum claſſem, occiſis pluribus, quam duodecim millibus hoſtium, profligârunt, & ſubſidium obſeſſæ Conſtantinopoli intulerunt? Quid gentes omnes commemorem, maritimis prælijs a noſtris ſuperatas? Non fert inſtitutum, vt annales noſtros hic totos deſcribam. Sarraceni, Piſani, Veneti, Catalauni, Flandri, Angli, Turcæ, gentes re nautica inclytæ, quarumque in rebus maritimis floruit potentia, noſtrorum virtuti reſiſtere minime potuerunt. Cæteræ, cum mari decernendum eſſet, aut noſtros, aut illorum aliquem in auxilium arceſſebant; ac noſtri quidem ſæpius [4] Gallicas partes ſunt ſecuti, cum in Mediterraneo, tum in Oceano, donec Andreas Auria, Pater patriæ, ad Auſtriacos tranſijt, quibus quanta præſtiterit, hiſtoriæ ſatis commemorant. Sed & alij Principes

1. *Foliet. loc. cit. l. 10.*

2. *Ibid. l. 7.*

3. *Georg. Phrãz. Chronic. l. 3. c. 10. edition. Iac. Pontan.*

4. *Paul. Aemil. de geſt. Franc. l. 3. & 7. Popellin. en l'Admiral de Franc. c. 8. & 9. Tilius de Amiral. Gall. Foliet. loc. cit. l. 6. & 10.*

ſuarum claſſium ſupremos præfectos Genua petebant. Sic [1] Fridericus Secundus Cæſar ſuæ Nicolaum Spinulam, iterumq; Anſaldum de Mari, ac deinceps Andreolum etiam de Mari præfecit. [2] Alphonſus Caſtellæ Rex XI. Ægidium Buccanigram ſuæ præpoſuit. [3] Franciſcus Cataluſius Ioannis Græci Cæſaris claſſium præfectus fuit. Catholici vero Reges, poſtquã Auſtriacis partibus acceſſit Andreas Auria, ex eadem familia Ducem claſſi, quæ pro Sardiniæ Regno, ac Mediolanenſi Ducatu inſtruitur, præficiunt, cui modo Carolus Auria præeſt, Dux omni virtutum genere ornatiſſimus. Neque modo Duces e noſtra vrbe conquirebantur, ſed integræ etiam claſſes conducebantur. Sic Raynerius Grimaldus, vt diximus, cum integra claſſe Gallorum Regi merebat ſtipendia, & [4] Florentina Reſpub. aliquando duos ex eadem gente Grimalda, cum claſſe conduxit, Pierinum nempe cum quatuor triremibus, & [5] alias Guſmæum, cum triremibus totidem, duabus biremibus, tribus myoparonibus, & vna oneraria. Græci quoque Cæſares ſępius noſtris claſſibus dedêre ſtipendia, quorum vt exemplar ob oculos proponamus, lubet addere ex fœdere [6] noſtrorum cum Michaele Palæologo, quantum eſſet vnius triremis menſtruum ſtipẽdium. Sic igitur recipit, ſtipulaturq; Palæologus. *Quod homines vniuſcuiuſque Galeæ, quolibet menſe, habeant pro victualibus cantaria nonaginta*

panis

1 *Bizar. de bell. aduerſus Frideric. Foliet. loc. cit. l. 4.*
2. *Ibid. l. 7.*
3. *Ibid. l. 10.*
4. *Ammirat. hiſt. di Firẽz. l. 12.*
5. *Ibid. l. 17.*
6. *Cuius exẽplar extat in Tabulario Sereniſs. Reip.*

panis biſcocti, quæ ſunt ad pondus librarum Romanarum, libræ quatuordecim mille quadringentæ. Item fabas, modia decem, ad modium Conſtantinopolitanum. Item carnes ſalitas, Cantaria ſex Ianuæ, quæ ſunt libræ nongentæ ſexaginta Romanæ; item caſeum libræ mille Romanæ; item vinum ad mitram Niſſi ..... ducentos quadraginta. Item quod homines prædictarum Galearum debent habere ſolidum Imperij noſtri, pro quolibet menſe, & homine quolibet, ſicut hic continetur, videlicet, Comitus vniuſcuiuſque Galeæ perparos ſex & dimidium; quatuor nauclerij vniuſcuiuſque Galeæ perparos tredecim, videlicet quilibet nauclerius perpar. tres, & Kar. ſex; ſuperſalientes vniuſcuiuſque Galeæ præpar. centum, videlicet pro quolibet præpar. duos & dimidium; petentari vniuſcuiuſque Galeæ præpar. vnum, & Kar. XVIII. Vogerij centum octo vniuſcuiuſque Galeæ præpar. centum octoginta nouem, videlicet pro quolibet perpar. vnum, & Kar. XVIII. prędictos namque ſolidos, & victualia dabit, & ſoluet Imperium noſtrum populo dictarum Galearum ab ea die, qua receſſerint de portu Ianuæ dictæ Galeæ in antea; & Commune Ianuæ teneatur debito dictas Galeas apparare bene & integre, de totis ſartijs earum, & apparatu, quæ Galeæ, & homines ipſarum ſeruire debent Imperium noſtrum contra omnes homines inimicos Imperij noſtri, excepto contra Eccleſiam Romanam, & contra illas Communitates, & Barones, cum quibus Commune Ianuæ pacem, ſeu conuentionem habet, qui debent nominari, & co-

gnoſci, & dari in ſcriptis, ea die, qua iurabunt verſus Imperium noſtrum, Poteſtas, Capitanei, octo Nobiles, Anciani, Conſiliarij, & Commune Ianuæ, & Imperium noſtrum Galeas ſibi miſſas licẽtiabit de Imperio noſtro, facto ſeruitio. Etſi accideret, quod ipſas licentiaret, infra diem primam inſtantis menſis Octobris, quod homines dictarum Galearum habuerint dictos ſolidos, & diſpendium dierum quadraginta, tunc proxime futurorum, ex quo licentiatæ fuerint. Si vero ante dictum terminum dierum XL. dictę Galeę acceſſerint portum Ianuę, teneatur dictum Commune reſtituere Imperio noſtro ſolidos, & diſpendium illorum dierum, qui ſupereſſent, de quibus faciat Imperium noſtrum voluntatem ſuam. Etſi acciderit, quod Imperium noſtrum licentiaret dictas Galeas tranſacta dicta prima die Octobris, quod dabit Imperium noſtrum ſolidos, & diſpendium hominibus ipſarum Galearum, per tantum temporis, quantum moram fecerint ad accedendum portum Ianuæ; teneãtur tamen Admiratus, Comiti, & Nauclerij dictarum Galearum iuramento, quod licet Imperium noſtrum ante dictum terminum ipſos licentiet, vel poſt, ire cum dictis Galeis efficacius, omnibus modis, nullo tardato, apud Ianuam, commode ad eorum poſſe, & quæ ſequuntur. *Actum in Romano Imperio, in Aula Imperiali, quæ eſt apud Nifſum CIↃCCLXI. a Natiuitate Domini Noſtri Ieſu Chriſti, Indictione IV. die XIII. Martij.*
Ac talia quidem noſtrates triremes merebant ſtipendia, tantaque noſtri in maritimis expedi-

tioni-

Digitized by Google

tionibus præſtiterunt, atque ita ſe geſſerunt, vt abſque iactatione dicere poſſimus, ab ijs cæteras gentes in hac parte fuiſſe ſuperatas.

De Genuenſium Potentia.

CAP. X.

SECVTI itaque maiores noſtri naturalem ad arma propenſionem, ſuaque vtentes virtute, ad incrementũ Reipublicæ, ingentem naualium ſociorum numerum alebant, quibus, cogente neceſſitate, numeroſam claſſem inſtruerent. Ac propterea cum in expeditionem exirent, eum deducebant nauium, & triremium numerum, quem noſtrorum temporum Principem nullum vidimus deduxiſſe. Legimus[1] anno CIↃCXLVII. a Virginis partu, aduerſus Sarracenos ad Almeriam expugnandam, e Genuæ portu, claſſem ſexaginta trium triremium, ac centum ſexaginta trium onerariarum varij nominis, & magnitudinis, omni apparatu inſtructiſſimam ſoluiſſe.[2] Anno etiam CIↃCCXCVI. ab Idibus Iulij vſque ad XVIII. Kal. Septẽbris, comparata potẽtiſſima, deductaq; eſt CLXV. triremium claſſis (præter alia nauigia variæ magnitudinis, quæ ſupra centum erant) qua XLV. armatorum millia vehebantur; Atque in tantis faciendis apparatibus ea celeritate vtebantur Genuenſes, vt citius nauigare, quam ornari

1. *Foliet. hiſt. Genuen. l. 1. Fr. Leand. Albert. in Liguria.*

2. D. *Antonin. in Chronic. par. 3 tit. 20 c. 8 §. 7. Bizar. de bell. Venet. l. 1. Foliet. loc. cit. l. 6.*

Digitized by Google

nari eorum claſſem fama vulgaret. [1] Aduerſus Fridericum ſecundũ Cæſarem anno CIϽCCXL. vnius diei, ac noctis ſpatio, ad multarum facium, ac tædarum ſplendorem, duæ & quinquaginta triremes ornatæ ſunt, [2] vt etiam biennio poſt, intra triduum, ſeptuaginta, [3] ac totidem aliæ eodem temporis interuallo, anno CIϽCCLXXXIII. contra Piſanos; & antequam ille annus exiret, plus quam ducentæ prodierunt; anno vero [4] ſequenti, in eoſdem hoſtes, ab hora tertia diei, vſque ad Solis occaſum LVIII. ſunt inſtructæ, cum alia inſuper noſtra claſſis nauigaret. [5] Ac deniq; vt cætera omittã, ann. CIϽCCCLXXIII. ad vlciſcendam a Cyprio Rege acceptam iniuriam, quadraginta diebus, potentiſſima claſſis eſt deducta, quæ breui tota ea Inſula expugnata, captiuum Regem Genuam reuexit. Sed quid mirum ſi Reſp. ac ciuitas noſtra bellum tanto geſſit apparatu, quando priuati etiam ciues magnis Principibus negotium faceſſerunt? [6] Megolus ſiquidem Lercarius, duabus triremibus inſtructis, Trapezuntio Cæſari non modo bellum indixit, ſed illum etiam ad petendam pacem adegit. [7] Dominicus Cattaneus vndecim triremibus Genuæ ſuo ſumptu armatis, vna è Sicilia ſibi adiuncta, quinque a Delijs acceptis, comparataq; omnino claſſe ſeptemdecim triremium, Andronico Iuniori, Græcorum Cæſari, intulit bellum, cuius [8] ſucceſſori Ioanni Palçologo nonnulli alij

Genuen-

1. *Bizar. de bell. aduer. Frider. 10.*

2. *Ibid.*

3. *Bizar. de bell. Piſan. l. 2.*

4. *Ibid.*

5. *Pius V. in Aſia minori c. 97. noſtri Annales plus temporis in hoc apparatu inſumptum narrant.*

6. *Foliet. loc. cit. alij.*

7. *Cantacuz. l. 2. c. 29.*

8. *Idem l. 3. c. 95.*

Digitized by Google

Genuenſes ciues priuatis impendijs, triginta duabus triremibus inſtructis Chium Inſulam ademêre. Confiſi itaque ſuis potentiæ, ac viribus Genuenſes, cum potentiſſimis Principibus, bellum ſuſcipere, vbi ius, & occaſio poſtularet, nunquàm recuſàrunt: cumque id a Galliarum Rege aliquando immineret, ideoque Mediolanum, ad res componendas, Legati conueniſſent, & iniquæ noſtris conditiones proponerentur, Dux, & Magiſtratus noſter ſuos iuſſerunt re infecta diſcedere, profeſſi non minus grauiter, quam modeſte,[1] *ſe Chriſtianiſſimum Francorum Regem ita venerari, & colere, vt non metuerent.*[2] Duci quoque Burgundiæ, potentiſſimo tunc tẽporis Chriſtianæ Reip. Principi, bellum indixêre, ni naues aliquot exterorum, ab ipſius Nauarchis in Euxino captas, reſtitueret. Suſceptum vero bellũ nulla vnquam gẽs aut fortius repulit, aut intulit ferocius quam noſtra. Celebre vtriuſque exemplum (vt alia omittam) præbent duo Cæſares; ac repulſi quidem[3] Fridericus Secundus Germanus, cuius vaſtæ potentiæ cum potentiores Italiæ populi acceſſiſſent, noſtri tamen ſoli, priuatis viribus, diu reſtitêre. Illati vero[4] Ioannes Cantacuzenus Grecus, qui poſt deuictas a noſtris ſuam, ac Venetorum, & Catalaunorum claſſes, Conſtantinopoli obſeſſus, eo tandem redactus eſt, vt imperata facere ſit coactus: quibus in bellis cum vna tantum gente pugnatum non eſt, ſed cum pluri-

1. *Dux Ianua & officiũ prouiſorũ Bapt. de Bano, & collegis legatis apud Mediolanum. In epiſt. Regum, & Principũ.*

2. *Raphael Dux, & Conſiliũ Ianua, Duci Burgũdia. In ijſdem epiſtolis.*

3. *Bizarr. de bell. adu. Frideric. Foliet. loc. cit. lib. 4. alij.*

4. *Gio. Villani p. 1. lib. 2. c. 72. Cantacuzen. lib. 4. c. 31.*

Digitized by Google

pluribus, vt etiam ſæpe alias, cum [1] Piſanis, Venetis, Catalaunis, & Narbonenſibus Gallis. Neque tanta potentia ſunt abuſi Genuenſes, ſed ea plerumque, aut in Chriſtianæ Reipublicæ hoſtes, in bello Syriaco, aduerſus Sarracenos Hiſpaniæ, & Africæ ſunt vſi: aut ad tutelam Apoſtolicæ Sedis impijs, ſacrilegiſque ipſius violatoribus eam oppoſuerũt, cuius beneficij ſeruati [2] Innocentius Quartus, & [3] Vrbanus Sextus, Romani Pontifices, atque ex hoſtium manibus erepti, nobiliſſimi ſunt teſtes. Hac potẽtia non modo toto mari fugati Sarraceni; Sed etiam [4] Corſica, & Sardinia expulſi, & in hac Regnum Arboreæ inſtitutum, cuius [5] Rex noſtræ Reip. cliens, & fiduciarius, præter annua tributa, multaque alia, quæ ei erant præſtanda, Palatium habere in vrbe noſtra, & tertio, aut ad ſummum, quarto quoque anno, ad eam accedere tenebatur. Eadem potentia [6] Regnum Inſulæ Cypri iuſtis armis, ob crudeliſſimum in ciues noſtros admiſſum facinus, in poteſtatem redactum eſt, & Rex cum vxore in captiuitatem abductus, cui tamen poſtmodum mira benignitate, & clementia reſtitutum eſt Regnum, [7] quod cliens Reip. effectus gubernaret, impoſito annuo tributo quater decies millium florenorum aureorum, præter vicies centies, & duodecies mille, & quadringẽtos, intra duodecimum annum, pro expenſis factis in bello, perſoluendos, aliaque onera, ac inſuper retenta ſibi

cau-

1. *Bizar. de bell. Piſan. l. 2. & de bell. Venet. l. 2.*

2. *Sigon. de regn. Ital. l. 18 Platin. in Innoc. IV. Corio hiſt. di Milan. ann.* 1244.

3. *Platin. in Vrbano VI. Foliet. loc. cit. l. 9.*

4. *Sigon. d. l. 18.*

5. *Extat in ſtrumen. obligationis in Tabulario Sereniſs. Reip.*

6. *Pius II d. c. 97. alij.*

7. *Ibid. & extat inſtrumen. tranſactionis factæ cum Petro Rege Cypri ann.* 1374. 21. *Octobris in prædicto Tabulario.*

Digitized by Google

cautionis cauſa Famaguſta, totius Regni opulentiſſima Ciuitate, noſtrorum præſidio Regijs ſumptibus cuſtodienda, donec Rex conſtitutum æs perſoluiſſet, reliquaque conuenta adimplêſſet, ac ſatiſdaret, ſe annuum tributū ſoluturum, pro quibus omnibus præterea a Rege obſides ſunt dati. Græci vero Cęſares propenſe amicitiam, & fœdus cum Genuenſibus ambientes, innumeris priuilegijs ciues noſtros decorârunt, præter quæ Emanuel [1] Comnenus peculiare etiam forum, & ſacras ædes in vrbe ipſa Conſtantinopoleos aſſignauit, cum annuo quingentorum perparorum tributo, a Cæſare Reip. ſoluendo, [2] quod Michael Palęologus confirmauit, addita donatione ciuitatis Smyrnæ, alijſque multis priuilegijs, iuriſdictionibus, & immunitatibus, & ſexaginta alijs perparis, quotannis Archiepiſcopo Genuenſi. Et poſtquam Conſtantinopolitanum Imperium hic Michael, noſtrorum ope, recuperauit, [3] Galatam in ipſius Imperatoriæ vrbis cōſpectu, egregie nauatæ operæ pręmium, & tanquam ſibi futuram præſidio, Reip. Genuenſi donauit, [4] quam noſtri, deducta colonia, ſumptuoſis templis, ampliſſimiſque Palatijs (ad eorum ſtructuram aliunde allatis columnis ingentibus, candidiſq; marmoribus) exornârunt, quæ adhuc extant, eaque colonia diutiſſime aduerſus Turcarum impetum eſt defenſa. Vlterius etiam eſt amplificata Reſp. & victricia arma in ipſam Tartariā illata,

1. *Foliet. loc. cit lib. 1. Michael Paleologus in diplomate priuilegiorū Genuen. quod habetur in d. Tabular.*
2. *In d. diplomat.*
3. *D. Anton. in Chronico. p 3. tit. 19. c. 7*
4. *P. Gyllius in Topograph. Conſtātinop. l. 4. c. 11. Cantacuz. lib. 2. c. 29.*

in [1] qua non modo aromatum negotiationem ſunt aggreſſi Genuenſes, quæ in Occidentales regiones deferrent, ſed plura etiam loca ſuæ ditionis fecerunt: ſic [2] Sudacum (quod Sidagios Græcis eſt) arx triplici muro circumdata, a noſtris extructa, templis, ædificijſque magnificis ornata, ac diu aduerſus Turcas defenſa fuit. Azaphum [3] quoque ad Tanaim a noſtris poſitum, & [4] Iamboldum in Taurica Cherſoneſo, Græcis ereptum, amplificatum, portuque, propugnaculis, ac ſplendidis ædificijs (quorum rudera adhuc apparent cum titulis, & inſignijs) exornatum fuit. [5] Cercum item, ac e regione Tamanum, aliæque ad oſtium Mæotidis arces fuerunt ædificatæ. [6] Caffa autem, quæ olim Theodoſia dicebatur, Orientis, ac totius Euxini emporium celeberrimum, portu & commercio, ac Bibliotheca inſignis, a noſtris condita, noſtra adhuc colonia eſt, quamuis Turcis inſeruiat, & adhuc in ea templorum, ac ornatiſſimarũ ædium extant veſtigia, in quibus hoc etiam tempore Catholico ritu Deo ſacra fiunt, [7] ipſique Caffenſes a nobis ſe originem ducere gloriantur. Sed a nobis oriundi quamplurimi Auriarum, Spinularum, Grimaldorum, aliarumque nobilium Genuenſium familiarum cognomina [8] præſeferentes, Sortaſſi (quo poſt amiſſam Caffam ſeceſſerunt) alibique in Tartaria adhuc habitant, & Chriſtianam, Catholicamque religionem profiten-

1. *In tractat. politic. Anonym. de Tartar. c. 3.*
2. *Martin. Brionou. in Tartar.*
3. *Ibid.*
4. *Ibid.*
5. *Ibid.*
6. *Ibid. & Cătacuz. l. 4. c. 26 Thuan. hiſt. l. 67.*
7. *In d. tract. polit. c. 3.*
8. *Thuan. & Brionou. loc. cit. Boter. relat. p. 3. l. 1.*

Digitized by Google

tentur, [1] e quibus Patrum noſtrorum memoria Antonius Spinula ad Stephanum Battorium, Poloniæ Regem, Orator a Tartarorum Chamo miſſus eſt, & alius ex eadem gente Spinula noſtris temporibus, vt intelleximus, in ea Tartarorum legatione fuit, qui ad Sigiſmundum III. Poloniæ etiam Regem venêre. Et in ſumma, ea fuit Genuenſium potentia, [2] vt non totam Liguriam ſolum, & Corſicam, ſed & Sardiniam, Cyprum, Chium, Galatam, Samaſtrã (vrbem in Taurica Cherſoneſo, iuxta flumen Parthemium, Amaſtrim veteribus) Soldaiam, Gembalum, Caffam, aliaſque præcipuas Orientis vrbes, ſuo imperio ſubiecerint; tantaque eorum nominis per vniuerſum Orientem erat authoritas, [3] vt Genuenſis moneta Calecuti etiam apud Indos cognita eſſet, ac recepta.

1. Laurent. Von Vuenſin. in oration. & Italia apud Langium cõſult. de princip. inter prouinc. Europa.

2. Bizar. hiſt. Genuen. l. 11. Lang. loc. cit. B. Method. hiſt. c. 6.

3. Aloyſ. Cadam. nauig. l. 2. c. 54.

Mare Liguſticum a Sarracenorum Tyrannide vindicant Genuenſes, & ſub imperium, ditionemque ſubiungunt.

CAP. XI.

ATQVI de Genuenſium geſtis præſtâſſet omnino ſiluiſſe, quam pauca narrâſſe, vt fecimus, ne forſitan, hæc legentes præiudicium faciant, cenſeantq; vniuerſa Genuenſium egregia, glorioſaque facinora a nobis fuiſſe enumerata, vbi pauca admodum e no-

ſtris annalibus, exteriſque ſcriptoribus delibauimus, quæ ad iacienda quaſi fundamenta eorum, quæ dicturi ſumus, opus eſſe ſunt viſa. Sit hactenus itaque demonſtratum, qui Liguſtini ſinus ſint limites: qui fuerint Ligures: vt eius maris dominium Romanis ceſſerint: vt hos eodem dominio Sarraceni ſpoliauerint; Inde vt Genuenſium res creuerint, quanta eorum ſit in terreſtri, maritimaq; militia virtus, ac potentia, quantumque Imperij fines propagauerint; quo hæc lecturi tum ſciant, de quo mari agamus, cuiuſque ditionis id fuerit olim, tum de noſtrorum virtute, ac potentia facti iam certiores, dicendis promptius acquieſcant. Hoc accepto, propter quem in terram iterum diuertimus commeatu, ad mare Liguſticum modo redeamus, quod in Sarracenorum ſeruitute reliquimus, qui Corſica, Sardiniaque potiti, impoſitis potentiſſimis claſſibus, illud occupârant, infeſtumq; prorſus Chriſtianis fecerant; videamuſque quo pacto noſtrorum virtute purgatum, & florentiſſimæ Reipub. fuerit acquiſitũ. [1] Circa annũ igitur IƆCCCVI. a Virginis partu, Audemarus Francus Genuæ Comes, Sarracenis primum in Corſicam intulit bellum, ac de ijs profligatis, quamuis moriens triumphauit. Nec decipiat quenquam cognomen Franci, quaſi Audemarus e gente Franca, ſeu Gallica eſſet, ſed credat eum ex illa Genuate fuiſſe familia, quæ hodie vulgo de Franchis appel-

1. Chronic. Reginon. l.2. Cal. Cur. hiſt. Sarrac. lib.2. Paull. Aemil. de geſt. Frãc. l.3. Bizar. & Foliet. hiſtor. Genuen. l.1. alij.

appellatur; Namque eo tempore maritimarum rerum adeo expertes, & ignari erant Franci, populi Mediterranei, & procul a mari degentes, vt ipſorum [1] ſcriptores ingenue fateantur, illos cum maritimam claſſem parare oporteret; vel eam a Genuenſibus impetrare, vel ſuis ſaltem nauigijs ſolitos quærere Ducem e noſtra ciuitate; tantum abeſt, vt Ducem præficere Genuenſi claſſi potuiſſent. Quod ſi Carolus Magnus aduerſus Saxones piratas in Aremorico Oceano claſſem inſtruxit, id tamen non euincit, potuiſſe illum ideo etiam in Mediterraneo aliam comparare; nam illic cum prædonibus potius res erat, quam cum ijs, qui magnis viribus apertum bellum intenderent, vti in Mediterraneo, in quo potentiſſimæ Sarracenorũ claſſes nauigabant; ac præterea diuerſiſſima eſt maris noſtri nauigandi ratio, ab ea, qua vtuntur, qui ſulcant Oceanum; ipſeq; Carolus, ſi ſuæ gentis expertos nauarchos habuiſſet, cum Roma in Gallias eſſet rediturus, Genuæ parari [2] claſſem non curâſſet, vt fecit, ſed Francorũ nauigia e Gallijs euocâſſet. Burchardus vero, & Hermengarius Franci, qui maritimũ etiã bellũ ſuſceperunt in Sarracenos, ipſi fortaſſe vectores, & militum Duces fuere, claſſis vero præfecti Genuenſes, aut alterius gẽtis cuiuſpiam, quæ rem naualem calleret, cum vſque ad tempora Philippi III. legamus, Gallos, Francoſq; maritimam militiam ſequi ſuiſſe minime ſolitos, [3] ſed no-

1. *Popellinier. en l'Admiral de France c. 8 & 9.*

2. *Chron. Regin. Annal. Caroli Magni ſub ann. 801.*

3. *Paull. Aemil. & Iean. de Serres in Philip. III.*

noſtrates, Piſanaſque triremes, cum mari decernendum eſſet, conducere conſueuiſſe. Quidquid ſit, de noſtro hoc Audemaro nullum aliud argumentum habemus credendi, illum Gallum fuiſſe, quam quod ab eius æui ſcriptoribus, Francus appelletur, quod cognomen, & familiæ noſtræ populari conuenit, idemque argumentum ciuem noſtrum facit Audemarum. Ad veritatem autem magis accedit, cum de pellendis Sarracenis e Corſica ageretur, hanc prouinciam ei populo, & Duci fuiſſe datam, qui eius Inſulæ exactiorem haberet cognitionem, & in maritimis expeditionibus eſſet verſatior, quod proculdubio de Genuenſibus, præ Francis, aſſerere poſſumus, cum illi Corſicæ magis propinqui, hi remotiores, illi nauticæ, hi terreſtri militiæ dediti eſſent. Sed hunc Audemarum Galli ſcriptores [1] Genuenſem fuiſſe non admodum inficiantur, neque tanti momenti res eſt, vt diutius in ea diſpicienda hæreamus; Sufficit [2] ex hac expeditione, ingentem naualis certaminis gloriam, maximamque in prælijs maritimis virtutis famam, noſtros præter victoriam retuliſſe. Hac afflicti clade Sarraceni non tamen ideo animum abiecère, ſed noua comparata claſſe, Corſicam, Sardiniamque iterum inuaſerunt; Vndè a Burchardo, Caroli Magni Magiſtro equitum, pulſi ſunt, & eius maris, quod ait [3] Paullus Æmilius, eſt retenta poſſeſſio.

1 Popellinier. loc. cit.

2 Paul. Aemil. l. 3. Popelinier. loc. cit.

Sic

Sic & Franci de pellendis Barbaris, quærendoque ſibi maris dominio erant ſoliciti. Veruntamen [1] ſæpius redeuntes Sarraceni, demum anno IↃCCCX. ex tota Hiſpania, ingenti comparata claſſe, iterum Corſicam totam, nullo in ea deprehenſo præſidio, in poteſtatem redegerunt; & cum defuncto Carolo Magno, ciuilia inter Carolinos gliſcerent bella, maris relicta cura Franci, ſe totos ad res terreſtres conuerterunt, & maris tutela Genuenſibus prorſus incubuit. Cumque ora Liguſtica a vicinis Sarracenis, qui Corſicam occupârant, haberetur infeſta, collectis viribus Genuenſes, ornataque claſſe, [2] eos inde pepulerunt, Inſulamque firmo præſidio muniere, [3] cuius Comes Bonifacius, cum Bertario fratre, poſt nonnullos annos, Gregorio IV. Pont. Ludouico Pio Cæſare, inſtructa claſſe, auxilio quorundam Hetruriæ populorum (Piſanorum, vt reor) in Africam nauigauit, expoſitiſque copijs, atque eo animo quo olim Agathocles, & Scipio, late vaſtata regione, effecit, vt Sarraceni e Sicilia, quam diripiebant, ad tutanda domeſtica reuerterentur. Sed quamdiu poſtmodum hanc inſulam Genuenſes poſſederint, liquido determinare non poſſumus, cum res illorum temporum, propter ſcriptorum incuriam, adeo tenebris ſint inuolutæ, vt de ijs vix quidquam certi poſſit afferri. Certius eſt, paulo poſt annum a noſtra ſalute milleſimum, Genuenſes maiores claſ-

1. *Annal. Carol. Mag. & Chronic. Regin. ann. 810. Cal. Cur. d. l. 2.*

2. *Bellforeſt. Annal. de Frãce en Charl le grand. Voerſio hiſtor. di Cheraſco par. 3. § 66.*

3. *Platin. in Gregor. IV. P. M. Blond. dec. 2 l. 2. Fazell. hiſt. Sicul. dec. poſter. l. 6.*

claſſes deduxiſſe.[1] Nam cum exemplo Venetorũ noſtri, ac Piſani, rem maritimam tractare eſſent aggreſſi, nõ mercaturæ ſolum, ſed etiam militiæ cauſa, aduerſus Sarracenos, qui mari, ac proximis Italiæ Inſulis occupatis, nauigationem Italię prope omnem ademerant, ac Liguſticæ, Hetruſcæq; oræ in dies impotentius inſultabant, arma ſumpſerunt. Ac noſtri quidem[2] ad Buſinarias Inſulas, in vltionem direptæ vrbis, ad internecionem deleta hoſtium claſſe, iuncti deinceps cum Piſanis, Sarracenos e Corſica, & Sardinia adiacentibuſque inſulis expulerunt; Sic Genuenſes Corſicam,[3] Caprariam, & Gorgonem; Piſani Sardiniam (quas omnes,[4] ijs, qui inde Sarracenos pellerent, Ioannes IX. Pont. Max. propoſito diplomate conceſſerat) occupârunt, atque ita purgati maris dominium noſtris, ac Piſanis obtigit. Neque enim dubium eſſe poteſt ex ijs, quæ ſuperiori[5] libro attulimus, Genuenſibus, & Piſanis maris, & Inſularum, quas ex hoſtium manibus receperant, iure belli obtigiſſe dominium, cui accedit conceſſio Pontificis, quam retulimus, quæ ius illud approbat, confirmatque. Sarracenis itaque profligatis, purgatoque ab ipſorum incurſibus, & latrocinijs mari, Genuenſes, ac Piſani, eius dominium iure acquiſiêrunt, non Liguſtici modo, ſed totius Inferi, atque ad Friderici Ænobarbi vſque tempora[6] vterque populus huic mari eſt dominatus. Cumque idem Cæſar Oratores

1. *Sigon. de Regn. Ital. l. 8*
2. *Foliet. d. l. 1. alij.*
3. *In addit. ad hiſtor. Foliet.*
4. *Sigon d. l. 8. Foliet. d. l. 1. Alter. de Cenſur. to. 1. l. 5. diſp. 21. c. 2. ver. de Inſul. Sardin. Barboſ. Collect. in c. ſi diligenti, nu. 2 de praſcr.*
5. *Cap. 5.*
6. *Radeuic. de geſt. Friderici Primi l. 1. c. 9 Beniamin in Itinerar.*

res

Digitized by Google

res mitteret in Corſicam, & Sardiniam, ad petendam obedientiam.

————[1] ſecuros Ianua miſſis,
Altaque Piſa viris aditus præſtare iubentur;
Utraque Tyrrhenas longe metuenda per vndas:
Utraque famoſis late vulgata triumphis.

Sed poſtmodum cum Sarraceni, facto impetu, Sardiniam Piſanis ademiſſent, hi poſt varias acceptas, illataſque clades, [2] cum ſe ad expellendos Barbaros ex Inſula minime idoneos cognoſcerent, in auxilium accitis noſtris, eam recuperârunt. Cum autem [3] Sarraceni bellum inſtaurârent, Piſani nouam claſſem deſtinârunt in Sardiniam, quæ cum aduerſa tempeſtate in Corſica diſtineretur, Inſulam præſidijs vacuam, Genuenſibus nihil tale ſuſpicantibus, occupauit. Talemque ingentis accepti beneficij retulerunt gratiam Piſani, eos ſpoliando, quorum ad ſua recuperanda opem implorauerant. Principium hoc inter duos hoſce potentiſſimos populos, hactenus concordes, diſcordiarum fuit, quique ad hoc vſque tempus, aduerſus Chriſtianæ Reipub. hoſtes bellauerant, in ſe miſere arma conuerterunt, quod in magnam Piſanorum ignominiam ceſſit, qui perfide, indigno admiſſo facinore, iuſta Genuenſium arma in ſe concitârunt. Sed vt male actorum vindex eſt Deus, neque impunita ſcelera abire permittit, aut iuſtitiam deſerit, ita noſtris iniuriá vlciſcentibus fauit, vt non modo

1. Gunther. in Ligurin. l. 9.

2 Foliet. d. l. 1 Bizar. de bel. Piſan.

3. Foliet. d. l. 1.

Digitized by Google

Corſicam[1] breui receperint, ſed varijs, magniſq; etiam cladibus hoſtes afflixerint, illos deleturi, niſi Innocentij Secundi Pont. Max. authoritati pie obſequentes, anno CIↃCXXXIII. pacem dediſſent. Tum vterque populus ad tẽpus quieuit,[2] & noſtris interim ob collata in Chriſtianam Rempub. beneficia, anno CIↃCXLIIII.[3] Lucius Secundus Pont. Max. vectigal annuum, vnius libræ auri, quod ab Innocentio ſupradicto impoſitum pro Corſica ſoluebant, cõdonauit. Dum autem cum Piſanis pax fuit, Genuenſes maritimum tuentes dominium, eos qui nauigationem faciebant infeſtam, vbique perſequebantur, ipſi porro Africæ bellum inferentes. Et[4] cum anno CIↃCXXXVIII. Caitus Maimonus Almeriæ, deductis quadraginta longis nauibus, mare inferum inuaſiſſet, ſuſceptis armis, illum in ſua compulerunt, vt nauigare amplius auſus non fuerit. Inde cum anno CIↃCXLVI. iterũ[5] Sarraceni ex Hiſpaniæ, adiacentiumque Inſularum portubus, complura nauigia deduxiſſent, ad piraticam faciendã, minime id tulerunt Genuenſes, ſed inſtructa claſſe aduerſus illos exiêre. Veruntamen vt huic peſti Genuenſe nomen erat formidabile, nuſquam apparuerunt Sarraceni, ideoque noſtri, facta in minorem Balearium exſcenſione, Inſulam populati ſunt, ac deinceps in oram Hiſpanicam conuerſi, magnam regionis partem, quæ tum Sarracenis ſeruiebat, cum in-

1. Ibid.

2. Ibid. & Alterius d. diſput. 21. c. 1. col 6. & c. 2 3. 4. & 5 Bonacc de Cenſur. in Bull. Cœn. quaſt. 21 punct. 1. n. 24.

3. In Bulla erectionis Archiepiſcopat. Ianuen. quæ habetur in Tabulario. Sereniſſ. Reip.

4. Foliet. d. l. 1.

5. Ibid.

ingenti numero nauigiorum, incenderunt. Sed non eſt animus ſingulas Genuenſis populi enumerare victorias, quas de hoſtibus Chriſtiani nominis retulerunt. *Ianuenſis ciuitas* (aiunt [1] Innocentius Secundus, & [2] Alexander Tertius Romani, Summique Pontifices) *cæleſtis numinis adiuta fauore, de inimicis crucis Chriſti triumphum frequenter, & victoriam reportauit, & plurimas eorum vrbes, mira quadam, & inuincibili potentia, ſubiugauit*. Quod ad propoſitum nobis ſcopum facit, [3] mari late profligati Sarraceni, & vix terreſtria tueri valentes, totius Inferi dominium noſtris ceſſerunt: Coactique ſunt [4] Lupus Sarracenorum in Hiſpania, & alius Mauritaniæ Reges, eas pacis conditiones accipere, quas noſtris dare libuit, & dominio maris cedere, ſoluereq; Reip. noſtræ tributum; qua pacificatione omne ius maritimi imperij a Sarracenis in noſtros eſt tranſlatum. Ceſſerat igitur totius maris Inferi dominium noſtris, & Piſanis, inter quos cum ad annum vſque CIƆCLXV. pax duraſſet, [5] tum iterum recruduit bellum, propter Bariſonem Regem Sardiniæ, quem cum ad Regiam dignitatem euexiſſent noſtri, ob non reſtitutum æs, quod ad eum reducendum inſumpſerant, tum honeſta cuſtodia in vrbe detinebant. Hoc autem bellum [6] a Friderico Ænobarbo Cęſare poſtea cōpoſitum eſt, adiudicata Genuenſibus medietate Sardiniæ: [7] rurſuſque, cum turbata pax eſſet, an-

1. *In d. Bulla erectionis Archiepiſcopat. Ianuen.*
2. *In Bulla Confirmationis d. Erectionis. quæ habetur in eodē Tabular.*
3. *Anaſtaſ. IV. P. M. ad Regē Hieroſolym. apud Foliet. d. l. 1. Legati Reip. ad Frideric. Aenob. apud eundem l. 2.*
4. *Foliet. d. l. 2.*
5. *Ibid.*
6. *Ibid.*
7. *Ibid.*

Digitized by Google

no CIↃCLXXXVIII. cõfirmata eſt. Sed neque
1. Idem l.3. hæc diuturna fuit,[1] noua ſemper molientibus
Piſanis, qui ſibi ſolis maris imperium vſurpare
nitebantur, volebantque legem noſtris impo-
nere, vt aut omnino a nauigando abſtinerent,
aut inermes nauigarent, additis minis, ſe ma-
nus, & aures non parentibus præciſuros. Non
tulit contumeliam animi noſtrorum magnitu-
do, ideoque ad arma reditum eſt, neque vn-
2. Ibid. quam poſtmodum firma pax fuit,[2] quamuis an-
no ſupra milleſimum ducenteſimũ octauo ini-
3. Ibid. ta ſit, atque [3] iterum Honorio Tertio Pontifice
4. Idem l.4. Romano authore, anno CIↃCCXVII.[4] Nam-
que anno CIↃCCXXXI. Piſani Friderico Se-
cundo Cæſari aduerſus Pontificem militantes,
ad Lamellum noſtram claſſem fudêre, captis
Prælatis, Legatiſq; Pontificijs, qui ad Concilium
Lateranenſe, Genuenſium nauigijs vehebantur.
5. Ibid. Renouata[5] deinceps pax eſt anno CIↃCCLIV.
quæ quamuis parum ſtabilis, & aliquando inter-
rupta, ad annum vſque CIↃCCLXXXII. dura-
6. Idem l.5. uit.[6] Tum demum Piſani maiori mole, quam
antea, bellum inſtaurârunt, & noſtris nihil tale
metuentibus, Corſorum animos clam tentaue-
runt, eoſque ad defectionem impulêre. Inde in
apertum bellum proruptũ eſt, donec poſt bien-
nium, ad Lamellum ſignis collatis, negotium
plane fuit deciſum. Iuſtiſſima ſiquidem omni-
potentis Dei prouidentia, quæ Piſanis dum ad-
uer-

Digitized by Google

uerſus Sarracenos arma tulerunt, hoc fuerat impartita, vt cum Genuenſibus Inferi maris tenerent imperium, [1] vbi ipſos modum excedere animaduertit, eos vlta eſt poſt tertium, & quadrageſimum annum per eoſdem noſtros, quos vicerant, in eodem loco, vbi deliquerant. Neque enim ſolum erga noſtros male illi ſe geſſerant, violatis frequenter fœderibus; [2] Sed Friderici Secundi Cæſaris facti ſatellites, aduerſus Sanctam Romanam Eccleſiam arma ſumpsêre, vt dicebamus, noſtraq; ad Lamellum deuicta claſſe, tres Romani Pontificis Legatos, Epiſcopos variarum ciuitatum, alioſque Eccleſiaſticos Præſules, qui Romam ad celebrandum Oecumenicum Lateranẽſe Concilium noſtris nauigijs vehebantur, impie captiuos duxerunt, ac inſuper Cæſari tradidêre, a quo quam a Sarracenis afflicti crudelius, inter innumeras calamitates, plerique Patrum animam efflauerunt. Atque hanc diuinæ iuſtitiæ vltionem diu expectauerant ij, qui niſi punita populorum ſcelera videant, verentur, ne mali, abutendi diuinæ bonitatis patientia, maiorem confidentiam ſibi aſſumant. Referunt [3] Piſanorum claſſem centum triremibus conſtitiſſe, fuiſſeque quadraginta e tanto numero amiſſas, & ſupra ſexdecim hominum millia, aut occiſa, aut vndis abſorpta. [4] Alij captarum triremium numerum ad quadraginta nouem, aut [5] L. extendunt, occiſorum, & captiuorum

1. *Blõd. dec. 2. lib. 8.* P*latin. in Honor. IV. P. M. Ammirat. hiſtor. di Firenze. l. 3. Foliet. d. l. 5. Gio. Villan. alij.*

2. *Blond. dec. 2. l. 7.*

3. *Ammirat. Gio. Vill Foliet. loc. cit.*

4. *Ammirat. Gio. Vill. loc. cit.*

5. P*latin. loc. cit.*

rum

1. *Foliet. d. l. 5.*
2. *Plat. Blõd. Sabell. Foliet. loc. cit.*
3. *In Itiner.*
4. *Apud Blõd. dec. 2. lib. 10. & meminit huius epiſtolæ ipſe Petrarc. l. 2. Senil. epiſtol. 2.*
5. *Foliet. d. l. 5.*
6. *D. Anton. in Chronic. par. 3. tit. 20. c. 8. §. 7.*

rum ad duodecim millia contrahunt.[1] Annales noſtri occiſorum numerũ intra quinque, captiuorum intra vndecim, millia comprehendunt, ijs connumeratis, qui antea per varias occaſiones capti fuerant, & Genuæ in cuſtodia detinebantur. Quanta vero hæc Piſanorum clades fuerit, dictum illud teſtatur, quod tunc temporis in Hetruria ferebatur: *Eundum Genuam, ſi quis Piſas cernere optaret.*[2] Ac reuera Piſanorum res adeo iſta clade ſunt fractæ, & attritæ, vt nunquam poſtmodum conualuerint, ijque non modo vires æquoreas, ſed animos (vt ſcribit[3] Franciſcus Petrarcha) nauigandiq; propoſitum amiſerint, ac maris imperium penitus ceſſerint noſtris, quorum iniuſſu (vt idem[4] Petrarcha ſcribit Duci, Concilioque Genuenſi) nemo ſe toto pelago mouere auderet. Noſtri vero poſt hæc victoria vſi, vt omnem adimerent hoſtibus maritimæ potentiæ acquirendæ commoditatem,[5] anno CIↃCCXC. non ſolum Iluam inſulam totam, deiecto Piſanorum præſidio, in poteſtatem redegêre, ſed ipſum Piſanum portum ad eam vſque diem inclytum, & inſigne potentiſſimi populi nauale, acriter expugnatũ, funditus euertêre; Quo pacto cum Genuenſes, & Piſani, ſocijs armis, Inferi maris imperium Sarracenis ademiſſent, ſibique quæſiſſent, Genuenſes poſtmodum ſoli, iuſto hoc bello deuictis Piſanis, eo ſunt potiti; Ac denique Piſani[6] anno CIↃCCIC.

cum

cum ſe impares noſtrorum potentiæ cognoſcerent, magna æris ſumma ſoluta, pro impenſis belli, reſtitutis ijs oppidis, quæ in Corſica occupauerant, & parte Sardiniæ conceſſa, a noſtris præterea legem acceperunt, vt quindecim totos annos cum armatis triremibus minime nauigarent. Noſtri itaque, pulſis primum Sarracenis maris dominis, ac debellatis deinceps Piſanis, ijſque maris imperium cedentibus, mari Infero ſunt potiti. Poſſident igitur id iure belli, tanquam bello iuſto acquiſitum. Nullum enim eſt dubium, bellum aduerſus Sarracenos geſtum, iuſtum fuiſſe,[1] cum bellum, quod infidelibus a Chriſtianis infertur, iuſtum ſit ſemper, & præter hoc a Summo Pontifice ad id fuiſſent inuitati. Neque de bello Piſano, an iuſtum fuerit, poteſt dubitari, cum is populus toties fœdera fregerit, & pactis conuentis non ſteterit, ſed ſemper aſſidueque inquietus, noua moliens, dum pax eſſet, iuſta noſtrorum arma prouocauerit; Impieque aduerſus Dei Eccleſiam militans, ipſius iuſtam etiam iram in ſe concitârit.

1. Bart. in l. 1. C. de Pagan. Iaſ. in l. ex hoc iure, n. 25 ff. de Iuſt. & Iur.

* * * * *

Teſti-

Teſtimonia, quibus probatur Genuenſium maritimum dominium, etiamſi eius titulus oſtendi non poſſet.

CAP. XII.

EO igitur titulo maris principatum tenent Genuenſes, quo qui optimo. Ac tametſi nullus, propter antiquitatem, afferri ipſius titulus poſſet, ſatis tamen probaretur hoc dominium ex eo, quod apud ſcriptores quamplurimos celebre ſit, & decantatum,[1] cum dominium in antiquis ſola fama ſatis ſuperque probetur:[2] Imo ad hoc Genuenſium maris dominium nec titulus, nec priuilegium requiritur, cum præſcriptio, quam immemorabilem appellant, neutrum deſideret, ſed ipſa ſit inſtar priuilegij, & tituli acquiſiti; veruntamen ad omnem ſcrupulum eximendum, cum e Iuriſconſultis[3] nonnulli cenſeant, præſcriptione, & conſuetudine acquiri iuriſdictionem, & vſum maris tantummodo: titulum vero, ſeu Cæſaris conceſſionem requiri ad acquirendum dominium, ad quem titulum probandum ſufficiat afferre rationem, vel quaſi, tanti temporis, cuius memoria non extet; teſtimonijs minime contenti fuimus, quæ de hoc habemus grauiſſima, ſed titulum etiam docere voluimus, quem ſuperiori capite, non ratione ſola, ſed certiſſimis hiſtorijs liquido de-

1. Dec. in c. dilecti. de appel. nu. 44. Crott. conſ. 29. n. 9. & ſeq. l. 1.
2. Gryphiand. de Inſul. c. 25 nu. 51.
3. Capoll. de ſeruit. ruſtic. præd. cap. 26. nu. 8.

demonſtrauimus. Ad teſtimonia modo tranſeuntes, hoc præſamur, ſcriptores, qui de Genuenſium maritimo dominio teſtimonium dicunt, confundere plerumq; iuriſdictionem cum ipſo dominio (qua de re ſuperiori libro diſceptauimus) & pro titulo ipſius Iuriſconſultos, nullum alium indagantes, ſola immemorabili præſcriptione eſſe contentos. Doctor itaq; Beniamin Ionæ filius, Nauarrus Hebræus, qui peragrato toto pene terrarum orbe, ſuam peregrinationem literis commendauit, circiter annum a Chriſto nato CIↃCLXX. ſuis tẽporibus narrat, Genuam nulli Regi fuiſſe ſubiectam, ſed a Senatoribus gubernatam, quos ſibi ciues præficiebant, ſingulosque ciues in ſuis ædibus turres habuiſſe, ẽ quarum faſtigio ſe, ortis diſſidijs, oppugnarent; pergenſque de ijs loqui מושלי הים [1] ait, hoc eſt, *dominantur mari*. Franciſcus autem Petrarcha, ſui ſeculi Seneca, qui circa ea tempora vixit, quibus maxime maritimum Genuenſium florebat imperium, de noſtra vrbe verba faciens; *Videbis*, inquit, [2] *imperioſam vrbem, lapidoſi collis in latere, viriſque, & mænibus ſuperbam, quam dominam maris illius, aſpectus ipſe pronunciat*; ex ſolo vrbis aſpectu maritimum Genuenſium Principatum Petrarcha probat, cõuincitque, gnarus alioquin, quanta illi in eo acquirendo præſtitiſſent. Piſanos ſiquidem maris imperium noſtris ceſſiſſe narrat, [3] & cum ad Andream Dandulum Vene-

1. In Itiner.

2. In Itiner.

3. Ibid.

torum Ducem ſcriberet, anno ab humano genere redempto CIƆCCCLI. vt bellum diſſuaderet, quod inter noſtros, Venetoſque gliſcebat; *Surgitis*,[1] inquit, *nunc ad arma duo potentiſſimi populi, duæ florentiſſimæ vrbes, duo, vt dicam breuiter, Italiæ lumina, quæ, vt mihi quidem videtur, peropportune adeo hinc illinc, circum Auſonij orbis clauſtra, diſtribuit natura parens, vt vobis* (Venetis) *ad Arcton, & ad ortum Solis; illis* (Genuenſibus) *ad Meridiem, & ad Occaſum verſis, vobis ſuperum, illis inferum mare frenantibus; poſt debilitatum, inclinatumque iam, ne dicam proſtratum, & prorſus extinctum, Romanum Imperium, adhuc Reginam Italiam quadripartitus orbis agnoſceret. De qua re* (de Imperio maritimo loquitur) *etſi quarundam forte gentium ſuperbia litem factura videatur, in alto certe nullius vnquam impudentia controuerſiam mouebit. Cæterum ſi in voſmetipſos* (*quod ne dum ſpectare, ſed ominari horreo*) *victricia nunc arma conuertitis, haud dubie veſtris proprijs manibus ſaucij perimus, veſtris proprijs manibus ſpoliati, & nomen, & multis quæſitum laboribus Imperium Maris amittimus.* Hæc Petrarcha, qui etiam alibi, vti ſupra retulimus, tantum fuiſſe ait Genuenſium maritimum imperium, vt ne dum Infero, ſed nec toto mari quiſquam, eorum iniuſſu, ſe auderet mouere. Diuus quoque[2] Antoninus, Florentinus Archiepiſcopus, accuratiſſimus hiſtoriarum ſcriptor, poſt narratam victoriam a noſtris de Piſanis ad

1. In epiſt. ad illo Ducem.

2. In Chron. par. 3. tit. 20. c. 8. §. 7.

La-

Lamellum relatam, addit, coactos fuiſſe a Genuenſibus Venetos recipere, ſe tredecim integros annos cum armatis triremibus intra Conſtantinopolim in Syriam minime nauigaturos, ſubditque, *Ciuitatem Genuenſem in potentia, & arte bellandi in mari, ſuper alias ciuitates, & Principes exaltatam fuiſſe*. Franciſcus etiam Guicciardinus, qui inter ſcriptores Italicæ hiſtoriȩ primas tenet, Genuam in eo ſitu, quo eſt, ad maris imperium eſſe ædificatam[1] profitetur. Et[2] Ioannes Cantacuzenus Eximperator, ſcriptor alias Genuēſibus minime æquus, eos nihilominus *Dominos maris* appellat.[3] Franciſcus item Belcarius, Metenſis Epiſcopus, Gallicæ Hiſtoriæ ſcriptor luculentiſſimus, *Genua*, inquit, *portuum commoditate, copiaque, ad maris imperium nata quodammodo videtur, de quo diu cum Venetis certauit, nec ſolum Liguribus imperauit, ſed mari latius euagata, Orientem, ac Septentrionem ſuis victorijs penetrauit*. Et Philippus Callimachus, ad Innocentium VIII. Ioannis Alberti Polonorum Regis Orator, de Genua verba faciens, non eleganter minus, quam vere. *Quam*,[4] inquit, *propter rem nauticam, qua omnes gentes, & nationes facile antecellit, Maris Dominam dicere conſueuerant*. Sed cur ſcriptores omnes ſingulatim recenſebo, qui hoc ipſum atteſtantur? Non eſt animus ſingulorum teſtimonia deſcribere, ne opuſculum hoc noſtrum in magnum volumen augeſcat. De hoc[5] Iouianus Pontanus,

1. *Hiſt. d'Ital. l. 7.*
2. *Hiſt. lib. 4. c. 31.*
3. *Rerū Gallicar. lib. 10. nu. 26.*
4. *In Oratione ad eundem Innocētium de bell. Turc. infer.*
5. *De bell. Neap. l. 1.*

Iacobus [1] Bergomenſis, [2] aliijque innumeri cum veteres tum recentiores hiſtorici, & ſcriptores dicunt teſtimonium, quos omittam, nam pro re de qua agimus probanda, hactenus laudati ſufficiunt, [3] cum magnam partem hiſtorici fuerint, quorum ſcripta fidem facere compertum eſt. Ne tamen Caſſiani Iudices (qui nihil admittunt, niſi aut ex legum præſcripto, aut ex Iuriſconſultorum reſponſis) aliquid in hac materia deſiderent, addemus adhuc nonnulla celebriorum Iuriſconſultorum teſtimonia, non tamen multa, ne ab inſtituta breuitate declinemus. Baldus itaque de Vbaldis, *Ianuenſes*, [4] inquit, *ſuum mare habent diſtinctum ex inueteratiſſima conſuetudine, & poſſunt imponere gabellas, & confiſcare merces*. Et [5] alibi. *Qui eſt in mari, quod regitur per ciuitatem maximam, vt Genua, non dicitur eſſe extra diſtrictum*. Iaſon, *Genuenſes*, [6] ait, *licite præſcripſerunt ſinum maris, tempore, cuius initij memoria non eſt in contrarium* [7] Paulus Caſtrenſis, Genuenſes habere docet iuriſdictionem, & imperium in toto mari ſibi propinquo ad centum millia, & etiam vltra. Angelus Aretinus [8] aſſerit, Genuenſes longiſſima præſcriptione ſibi acquiſijſſe, & *appropriaſſe* partem maris, & poſſe imponere *gabellas*, & *paſſus nouos*, etiam tranſeuntibus per eorum mare. Et [9] alibi, præſcripſiſſe illos *gulphum* maris tempore, cuius initij memoria non exiſtit, Principe ſciente, & patiente. [10] Angelus de Peruſio

1. *In Supplement. Chronic. l. 4.*
2. *B. Method. hiſt. c. 6. alij.*
3. *Bart. & Alex. & communiter DD. in l. 1. ff. ſi cert. pet. & alij per Maſcard. de probat. cõcl. 287 nu. 1.*
4. *In rubric. ff. de rer. diuiſ. nu. 4.*
5. *In l. 1. C. de ſent. ex breuic. recitan. nu. 5.*
6. *In repetit. l. quominus. ff. de flumin. n. 39. & ſeq.*
7. *In l. Inſula Italiæ nu. 3. ff. de Iudic. & in l. deprecatio. ff. ad l. Rhod. de iact.*
8. *In §. & quidem. n. 3. inſt. de rer. diuiſ.*
9. *In §. flumina. num. 5 eodem.*
10. *Cõſ. 290.*

ruſio dominium Genuenſium maritimum recognoſcit, narratque pacta conuenta inter noſtros,& Venetos,quibus noſtri ijs nauigationem interdixerunt, cum nauigijs armatis, vltra portũ Piſanum Occidentem verſus. Bartholomæus Cępolla profitetur, quod exiſtens in mari, quod regitur per ciuitatem Genuenſem, dicitur eſſe in illius diſtrictu: Ioannes Franciſcus Purpuratus, Genuenſes ſuum *Gulphum* præſcripſiſſe,[2] ait, & alijs nauigationem poſſe interdicere; quod & idem Iacobus Menochius[3] affirmat.[4] Iulius Pacius fatetur Genuenſes habere eandem iuriſdictionem in mari Liguſtico, quam habent Veneti in Adriatico,[5] in quo pręmiſerat illos eandem habere, quam habent in ciuitate Venetiarum. Io. Gryphiander, ad dominium maris Genuenſium nec titulum, nec priuilegium Imperatoris requiri[6] profitetur, cum præſcriptio immemorabilis neutrum deſideret, ſed ipſa ſit inſtar priuilegij, & tituli legitimi acquiſiti; Et in ſumma Iuriſconſultorum fere nemo agit de maris dominio, qui noſtrum tãquam receptiſſimũ, & ſine controuerſia, exempli loco non afferat; quibus hiſtoricorum, ſcriptorumque, ac Iuriſconſultorum teſtimonijs affatim demonſtratum putamus Genuenſium maritimum dominium, tametſi illius titulum non oſtendiſſemus.

1. *De ſeruit. ruſtic. præd. c.26. n. penul.*
2. *Conſ. 479. nu. penult.*
3. *Conſ. 901. n. 15. & 60.*
4. *De domin. maris Adriat. pag. mihi 72.*
5. *Ibid. p. 42.*
6. *De Inſul. c. 25. n. 51.*

Genuen-

Digitized by Google

Genuenſes non ſolum Liguſtico, & Infero, ſed alijs etiam maribus eſſe dominatos.

CAP. XIII.

NEQVE mari Liguſtico ſolum, totique Infero Genuenſes ſunt dominati, ſed in Oriente Pontum etiam Euxinum tenuerunt. Paulus Imperialis ciuis noſter, ad Eugenium Quartum Pontific. Max. ſcribens Caffæ Kalend. Decembris anno CIↃCCCCXXXVIII. pro reconciliatione Armenorum cum Romana Eccleſia, ſe Conſulem ciuitatis Caffæ, & totius maris Maioris imperij Gazariæ inſcribit, quo Magiſtratu pro Genuenſi Rep. fungebatur, eiuſque literæ in actis [1] Florentini Concilij relatæ ſunt, quæ nuper edidit vir doctiſſimus Horatius Iuſtinianus, Vaticanæ Bibliothecæ Cuſtos primarius. Sed clarius paucis poſt annis, Raphael Dux (Raphaelem Adurnium fuiſſe reor) & Conciliũ Ianuæ, hoc idem Euxini dominium profitentur. Cum etenim naues aliquot Ducis Burgundiæ in Orientales regiones nauigaſſent, & Euxinum ingreſſæ, a Genuenſibus, qui oram maritimam tenebant, amice comiterque, accepto etiã commeatu, eſſent habitæ, redeuntes in Occidentem nonnulla Turcarũ nauigia ceperant. Hæcce igitur repetens Dux noſter, & Concilium ad Ducem Burgundiæ; [2] *Eſt præterea,* ſcribit, *hoc iniuria maior,*

1. Part. 3. n. 5

2. In epiſtol. Regum, & Principũ mihi pag. 16.

maior, quod vniuerſum mare Ponticum tutelæ, defenſionique Ianuenſium, ſupra centum annos, commendatum eſt, quibus ſeculis ita eſt a nobis cuſtoditum, vt vel nunquam, vel raro admodum piratæ vlli illo vſque penetrare auſi fuerint. Si quis in eo mari iniuria afficitur, noſtrum eſt ſubuenire læſo, & eum ab iniuria tueri.[1] Legimus etiam, aliquando a noſtris nauigatione ad Tanaim cæteros fuiſſe prohibitos,[2] & ad oſtium Mæotidis paludis arces fuiſſe ædificatas. Ac facile quidem erat eius maris poſſeſſionem retinere, cum nedum frequentes, ac præpotentes noſtræ claſſes eo nauigarent, ſed etiã permultæ arces ad illud a noſtris tenerentur; Nam præter eos, qui ad emporia Caffam, Galatamque mittebantur,[3] reperimus in Orientales illas regiones alios quoque Magiſtratus a Genuenſibuus mitti ſolitos ad *Conſulatus Samaſtræ, Tanæ*, de Lopoca, *Boſphori, Cembali, Seuaſtopolis, Synopis, & Trapezundarum, & ad Capitaneatũ Gothiæ.* In [4] Ægæo prçterea ſibi dominium vendicârunt, noſtri, habebantque in Chio Magiſtratum maris, & *Mahonenſes* ad maritimi imperij tutelam.[5] Michael etiam Palæologus, Græcorum Imperator, Smyrnam ciuitatem cum portu, & *omnibus pertinentijs* maris, & terræ, anno ſalutis CIↃCCLXI. Genuenſibus donauit; &[6] Veneti in pace cum noſtris facta anno CIↃCCIC. vetiti ſunt nauigare per tredecim annos in mari Magno intra Conſtantinopolim in Syriam cum

tri-

1. *Apud Cantacuz. lib. 4. c. 20.*
2. *Brionou. in relat. de Tartaria.*
3. *In antiq. Voluminibus publicorũ documẽtorum Tabularij Sereniſſ. Reipublicæ inſ. annũ 1438. eo comprehenſo.*
4. *Ibid.*
5. *Extat diploma huius cõceſſionis in d. Tabulario.*
6. *D. Anton. in Chronica. par. 3 tit. 20. c. 8. §. 7.*

Digitized by Google

triremibus armatis. In Hiſpanico etiã mari exercuerunt imperium, adempta Sarracenis Almeria, quam cum iure fiduciario poſſidendam Ottoni Boniuillani anno CIƆCXLVII. conceſſiſſent, is [1] iurauit in hanc formam. *Ego ab hac die in antea, vſque ad annos triginta expletos, ero fidelis Communi Ianuæ, ſicut bonus Vaſallus ſuo domino, & ad honorem Dei, & Communis Ianuæ tenebo ciuitatem Almeriæ cum eius pertinentijs maris, & terræ.* Sed & in Gallico Mediterraneo dominium habuerũt; Raymundus namque Narbonæ Dux, Comes Tholoſæ, & Marchio Prouinciæ in [2] fœdere icto cum noſtris anno CIƆCLXXIV. inter alia. *Item*, ait, *interdicam negotiatoribus totius terræ meæ, ire, vel mittere negotiandi cauſa per pelagus, ſine licentia Conſulum Communis Ianuæ, & maioris partis Conſiliariorum ipſorum: eum autem qui contrafecerit, in tertia capitalis, & toto proficuo puniam, vel ſi ad manus Ianuenſium peruenerint, licenter ab eis pæna ſimili puniantur.* Quo etiam fœdere Reipublicæ donata eſt Maſſilia, Monæcum, omneſque portus, qui a Caſtro Turbiæ, Narbonem vſque in Mediterraneo nauigantibus patent.

1. *In Iuramento fidelitatis huius Ottonis ex d. Tabular.*

2. *Quod habetur in dicto Tabulario.*

Genuen-

Digitized by Google

Genuenſes, poſt acquiſitum maris Liguſtici dominium, ſe geſsiſſe ſemper pro eius Dominis.

CAP. XIV.

VERVNTAMEN colligamus vela, & in mare Liguſticum remigemus, cum ea, quæ præter propoſitum attulimus de aliorum marium dominio, ideo tantummodo ſint allata, vt amplitudinem maritimi Genuenſium imperij ante oculos poneremus; Alioquin vero litem intendere cuiquam ſuper eorum marium principatu, nobis in animo non eſt, qui diſceptationem tantummodo de Liguſtico ſuſcepimus. Hoc itaque cum iure belli Genuenſes acquiſierint, vt docuimus, in eo actus dominij ad noſtra vſque tempora exercuerunt, eiuſque poſſeſſionem retinuêre. Primum itaque ex limitibus Liguſtico [1] ſupra aſſignatis, apparet illud portubus, ac terris vndique concludi, quæ ad Sereniſſimam Genuenſium Rempublicam ſpectant, niſi qua ad Occidentem, & Ortum apertum eſt, & qua Nicæam, Finarium, aliaque parua oppida alluit, quæ Regi Catholico, aut Duci Sabaudiæ parent, quæque ad maritimum dominium nullius ſunt momenti. Quibus deinde claſſibus illud tutati fuerint noſtri, demon-

1. *Hoc lib. c. 1.*

Digitized by Google

1. Ibidem c. 10. ſtratum eſt etiam, cum de eorum potentia [1] egimus, cumque oſtendimus illos maritimum imperium non ſolum in mari Infero tenuiſſe, ſed in Orientales, Occidentaleſq; regiones late propagâſſe. [2] Oſtendimus quoque, Genuenſes non modo rei naualis fuiſſe peritos, ſed in hoc gentes alias ſuperâſſe, [3] habuiſſeque turbæ nauticæ maximam copiam, qua ingentes claſſes comparârunt, etiam ad externorum Principum merenda ſtipendia: Profeſſos inſuper actibus externis ſuum maritimum dominium fuiſſe docuimus, cum [4] Sarracenos, [5] Piſanos, [6] Venetoſque armata nauigatione prohibuerunt; quæ [7] omnia ſtatueramus opus eſſe ad acquirendum maris dominium, eiuſque poſſeſſionem occupandam, vt iam nullum dubium remaneat, Genuenſes Liguſticum legitime ſibi acquiſijſſe, fuiſſeque ipſius poſſeſſionem adeptos. Hæc autem duo dominium, & poſſeſſionem defendi, ac retineri poſuimus [8] claſſe, & bona circa rem naualem diſciplina. Quod ad claſſem ſpectat, [9] diximus, Domino maris, qui ab alijs talis exiſtimatur, ſufficere claſſem, quæ poſſit ea facere, quæ indicia dominij ſunt, & exteros compellere ad illud recognoſcendum. Claſſem itaque habuerunt ſemper Genuenſes his præſtandis ſufficientem; & quod ad diſciplinam pertinet, optima ſemper ſunt vſi, vti tum Annales noſtri, in ſingulorum annorum geſtis, cõmemorant, tum euincitur

2. Ibid. c. 9.

3. Ibid. & c. 10.

4. Ibid. c. 11.

5. Ibid.

6 Ibid. c. 12. & 13.

7. Lib. 1. c. 17.

8. Ibid.

9. Ibid.

citur

Digitized by Google

citur ex eo, quod maris Liguſtici dominium noſtri ſemper ſunt profeſſi, atque exteri continuatâ temporum ſerie illud agnouêre. De hoc autem acturi, præſamur, quod tametſi nõnulla teſtimonia ex ijs, quæ afferemus, de toto Infero mari loquantur, nos illa nihilominus pro Liguſtico tantummodo inducimus, ne limites ſuſceptæ diſceptationis excedamus. [1] Anno itaque reparatæ ſalutis CIƆCLIV. a noſtris tributa eſt Lucenſibus venia nauigandi per mare noſtrum, ac merces, permiſſas tamen a legibus, deferendi. Poſt biennium [2] data eſt item licentia Azolino Placentino, *mittendi laboratum per mare, quocunque voluiſſet, libras centum quinquaginta ſingulis annis*. Eiuſdem [3] vero ſeculi anno LXII. Fridericus Ænobarbus Cæſar, Imperiali diplomate, dominium noſtrum maritimum a Monæco, vſque ad portum Veneris confirmauit. Hinc poſt XII. annos a noſtris [4] permiſſa facultas eſt Droguo de Conſilio, & fratribus eius, *vnoquoque anno in perpetuum, portandi per mare in pelagus, quocunque voluiſſent, valens librarum quadringentarum, ſicut proprij ciues Ianuenſes.* Similiſque facultas inde poſt quinquennium [5] data eſt Cencio Romano, *mittend., ſcilicet, laboratum ſuper mare de Ianua, & eius diſtrictu, per ſe, vel miſſum ſuum, quo maluerit, de ſua, vel aliena pecunia, ſine omni exactione, aut collecta, ſeu onere aliquo, valens ducentarum librarum Ianuenſis monetæ*. Hinc [6] eiuſdẽ ſeculi anno XCI.

1. Ex conuentione inter Ianuen. & Lucenſ. ann. 1154. ex Tabul. Sereniſſ. Reip.

2. Laus Azolini Placentini ex d. Tabular.

3. Extat diploma in d. Tabular.

4. Laus Drogui de conſil. & fratrũ eius in eodem Tabular.

5. Laus Cencij Roman. ibid.

6. Habetur diploma in d. Tabular.

Digitized by Google

Henricus Sextus Cæſar Imperiali diplomate, vt Fridericus noſtrum dominiũ approbauit; quod fecit [1] etiam anno ſequentis ſeculi vigeſimo, Fridericus II. Poſt annos vndeuiginti, qui fuit duodecimi ſeculi XXXIX. [2] Lucenſibus iterum conceſſum eſt, vt ſimul cum noſtris nauigarent: & inde poſt annum XII. [3] Florentinis data eſt venia, *eundi, ſtandi, & redeundi in toto diſtrictu Ianuæ tam per mare, quam per terram; ſaluo ſi Florentini nauigarent cum inimicis Ianuenſium, vel contrarias merces deferrent; Saluo etiam quod Florentini nauigare non debeant de Prouincia in pelagus, vel e conuerſo*. Sequentis autem ſeculi decimi tertij anno XXXIX. cum piratæ maria inuaſiſſent, [4] Simon Buccanigra Dux Genuenſium, claſſem deducens, ad oræ maritimæ, mariſque cuſtodiam, illos profligauit. Cum autem anno eius ſeculi LIII. domeſticis Genuenſes agitati diſcordijs, Ioannem Vicecomitem Archiepiſcopum, & Ducem Mediolani, ſibi dominum, [5] quo ad viueret, elegiſſent, qui ciues authoritate ſua in officio contineret, ijs conditionibus, quæ Vicecomitem arbitrum verius, & diſceptatorem, quam dominum facerent, Genuenſis Reip. Legatos in hanc ſententiam eidem Archiepiſcopo locutos eſſe [6] narrat Franciſcus Petrarcha, *ſe iuſſu populi vrbem, ciues, agros, mare, terras, oppida, ſpes, opeſque ſuas, poſtremo diuina, & humana omnia in fidem eius dominij committere*; quibus maris dominium

1. *Habetur diploma in d. Tabular.*

2. *Ex conuẽtione inter Ianuen. & Lucen. ann. 1239. ex d. Tabular.*

3. *Ex conuentione inter Ianuen. & Florentin. ann. 1251. ex d. Tabular.*

4. *Gio. Villani l. 11.*

5. *Cantacuz. l. 4. c. 32. Cor. hiſt. di Milan. par. 2. Foliet. hiſt. Ianuen. l. 7.*

6. *Apud Blõ l. dec. 2. l. 10.*

nium

Digitized by Google

nium aperte profitentur. Defuncto vero Ioanne, cum eius ſucceſſorum imperium Genuenſibus non placeret, rurſus creati ſunt vrbani Magiſtratus, qui Remp. adminiſtrarent: & cum anno CIƆCCCLXXI. e Melita inſula, & Mazaria Siciliæ vrbe, piratæ mare Inferum redderent infeſtum,[1] noſtri, vt illud purgarent, miſſo cum decem triremibus Thoma Murchio, vtramque expugnârunt, & diripuerunt, atque a piratis ſecura commercia reddidêre. Veruntamen cum Mauri iterum, eiuſdem ſeculi anno LXXXVIII. mare inuaſiſſent,[2] Genuenſes Raphaelem Adurnium Antoniotti Ducis fratrem, ad eos profligandos, emiſerunt, qui cum in Siciliam claſſem appuliſſet, Manfredo Claramontio Siciliæ *Halmirote*, cũ octo triremibus, ſibi adiuncto, in Africam nauigauit, atque inſulam Lotophagitim (quam Gerbim nunc appellant) expugnatam populatus eſt, eamque Claramontio, vti viciniori, conceſſit; accepta compenſatione ſex, & triginta millium aureorum. Sed cum refrænandæ Barbarorum inſolentiæ hoc minime ſufficere videretur, noſtri Carolum Sextum, Gallorum Regem, miſſis Legatis, ad inferendum ipſi Africæ bellum inuitârunt, triremes, naues, nauales ſocios, ac magnã militum manum pollicentes; tantumq; potuit erga Chriſtianam religionem pietas, vt hoc induciarum cauſa fuerit, quæ ad triennium inter Gallum, Anglumque Reges, tunc temporis inimicem

1. Foliet. d. l. 7.

2. Ibid. l. 9.

cem hoſtes, ſunt factæ. Frequens itaque Gallica, Anglicaque Nobilitas Genuam confluxit, vbi ingens a noſtris parata fuerat claſſis, cuius incredibilem numerum [1] Galli quidam ſcriptores fuiſſe narrant, tercentarum triremium, & centum onerariarum, quibus quatuordecim voluntariorum Gallorum, & Anglorum, duodecim Genuenſiũ ſagittariorum, & octo aliorum militum millia vehebantur.[2] Annales noſtri, vt ſolent, veritatem referunt, aut ſaltem magis conſona veritati, nauium numerum ad XX. magnarũ onerariarum, triremiũ ad XL. contrahentes. Ad hanc expeditionem Venetos etiam, quamuis Genuenſiũ hoſtes, auxilia contuliſſe, depoſitis tantiſper odijs religionis gratia, narrat [3] Paullus Æmilius.[4] Nauigatum eſt in Africam, Ioanne Centurione Vltramarino tantæ claſſis Duce & poſt plurima illata damna, ipſamque Africæ vrbem primariam diu obſeſſam, pax tandem petenti Maurorum Regi conceſſa eſt, iuſſo intra Africæ fines ſe continere, abſtinereque ora maritima Italiæ, ac Galliæ, omnibuſque inſulis Africæ, ac Europæ interiacentibus, atque inſuper reddere captiuos Chriſtiani nominis, & numerare præſenti pecunia decem millia aureorum. Anno poſtmodum quartidecimi ſeculi XXXVII. cum Ioannes Palæologus Græcorum Imperator, ad Florentinum Concilium eſſet venturus, Eugenius IV. Pont Max. qui illud indixerat, Thomam

1. Duplaix en Charl. VI. dict le bien aimè. citans Froiſſart. vol. 4. c. 12. & 13.

2. Foliet. d. l. 9.

3. De geſt. Franc. l. 6.

4. Paull. Aemil. Foliet. Duplaix loc. cit. Froiſſart. l. 3. Guaguin. de geſt. Franc. l. 9.

mam de Campofregoſo, Genuenſium Ducem, hortatus eſt [1] ſuis literis, vt pro ſe, & ſua communitate, Palæologo, Græciſque, ad Concilium venientibus, *Saluumconductum* concederet, quibus maritimum noſtrorum dominium agnoſcit, cum alioquin Græcis, Conſtatinopoli Florentiam tendentibus, per Genuenſium ditionem non eſſet tranſeundum. Anno quoque eiuſdem ſeculi XCIII. [2] in pace a noſtris, cum Rege Catholico facta, cum de Finarienſi negotio ageretur, inter cætera actum eſt, vt neutra pars alterius antiqua maris dominia perturbaret. Sequentis vero ſeculi (quod fuit quintumdecimũ proxime elapſum) anno XLVIII. [3] cum a Coſmo Medicæo, tum Reip. Florentinæ Duce, arx ad portum Argoum, nũc Ferratum dictũ, in Ilua inſula extrueretur, quamuis ea inſula in Tyrrheno ſit, ægre tamen id tulerunt Genuenſes, quaſi Medicæus ſibi maris illius imperium vſurparet, & bellum inde fuiſſet ſequutum, ni Andreas Auria demonſtrâſſet, Coſmum non ſibi, aut mare, aut inſulam vſurpare, ſed eam aduerſus Gallorum irruptiones iuſſu Cæſaris communire. Ad Cæſarem nihilominus Legatus eſt miſſus Adamus Centurio, & factæ proteſtationes, vt vocant, quæ maris imperium ſartum, tectumq; conſeruarent, ac tandem inſula Coſmo ablata, ſuis dominis fuit reſtituta. Cum poſtmodũ Hiſpani labentis ſeculi anno VI. Finarienſi ditione potiti, extruendi ad

Vari-

1. *Quæ extãt in act. Cõcil. Florent. edit. ab Horat Iuſtinian. p. 1. n. 7.*

2. *D Iuan Ruiz de Laguna en el diſcurſo del derecho qne tien ſu Mageſtad para fabricar puerto en el Final. c. 1.*

3. *Thuan. hiſt. l. 5.*

Digitized by Google

1. *D. Iuan Ruiz loc. cit.* Varigottum portus, conſilia agerent,[1] Georgius Auria Reip. noſtræ Legatus, apud Rodulphum Secundum Cæſarem interceſſit, aſſerens, hoc ab Hiſpanis fieri minime poſſe, abſque Genuẽſium venia, quorum ditionis eſſet mare, quod oram Finarienſem alluit, cum pars ſit Liguſtici, cuius dominium, ac poſſeſſionem Genuenſis Reſpub. obtinet, confirmatam Cæſarum priuilegijs, & cuius initij memoria non extat in contrarium; quod ſi portum nihilominus facere tentarent Hiſpani, id minime toleraturos Genuenſes, ſed armata manu illum demolituros. Ad dominium maritimum ſpectat quoque[2] ius, quod noſtra habet Reſp. vendendi, deferendiq; ſalis a monte Argentario Maſſiliam vſque, vetitis alijs, ſub pœna amiſſionis ipſius ſalis, ius approbatum Cæſaris priuilegio, quod in vrbis reuolutionibus amiſſum fuit; confirmatum tamen reperitur a Maximiliano Primo Cæſare Viglebani XII. Kal. Octobris, anni CIↃCCCCXCVI. & Auguſtæ, pridie nonas Aprilis anni CIↃIↃXIII. & a Carolo V. Barchinone XVII. Kal. Iulij an. CIↃIↃXXIX. Quod ius ſartum, tectumq; ſeruari ſibi Genuenſes voluerunt, etiam ante plura ſecula, ideoque anno, ſupra milleſimum, centeſimo ſexageſimo ſexto,[3] Lucenſes vetuerunt emere ſalem, niſi ab ijs, qui ad illum vendendum a Reip. Magiſtratu eſſent deputati: & anno quartidecimi ſeculi LXXIII. cum apud Venetos eſſent conqueſti,

2. *Ibid. c. 3. n. 12. & ſeqq.*

3. *In Cõuent. inter Ianuen. & Lucen. anni 1166. ex Tabular. prædicto.*

quod

quod Veneta nauis ad Vicum Regium, Lucenſium in Tyrrheno ſtationem, ſalem expoſuiſſet, Veneti ſe putauiſſe,[1] reſponderunt, vectigalium, & rei ſalariæ Genuenſium fines intra Coruum, & Monæcum terminari; cæterum intellectis, quæ afferebantur, ſe daturos operam, vt a ſuis fieret, quod ius poſtularet.

1. *In literis Ill. D. Guidoni Vicecomiti & Cõcil. Antianorum excelſæ Cõmunit. Ianuen. 25. Ian. 1473 ex d. Tabul.*

Vires, Leges, & Magiſtratus, quibus Genuenſes maris dominium, ac poſſeſsionem noſtris temporibus tuentur.

CAP. XV.

HOC igitur pacto maris Liguſtini dominium profeſſi sũt Maiores noſtri, eiuſque poſſeſſionem nobis, quaſi per manus, tradidêre, a tot gentibus, per tot ſeculorum interualla recognitam; atque ea teſtimonia, quæ ſuperiori capite attulimus, ſatis ſuperque demonſtrant, cum potentiam, tum diſciplinam nauticam noſtrorum, quæ ad hæc vſque tempora exteros noſtrum dominium maris recognoſcere compulerunt: cum illi alioquin, niſi ius agnouiſſent, metuiſſentque potentiam, ac naualem diſciplinam, paſſi non fuiſſent, ſibi legem imponi. Videamus, quod reſtat, quibus viribus, quaque circa rem nauticam diſciplina, hoc dominium modo tueamur, & poſſeſſionem defendamus. Ac vires quidem, claſſis

Digitized by Google

eſt octo triremium, quæ in vrbis portu verſantur in procinctu, quibus aſſidue remiges, & præſidiarij milites inſident, quæque ad nutum Sereniſſimi Senatus nauigant, & ſecuram nauigationem præſtant a piratis. In Nauali præterea quindecim, aut etiam plures habentur penitus abſolutæ, quæ ſtatim deduci poſſunt, & nauticis ſocijs, qui in vrbe ſunt frequentes, & peritiſſimi, vrbanaque pube, inſtrui, & armari: Neque ſolum hic triremium numerus ad Reip. vſum in nauali habetur, ſed plures fabricantur aſſidue, quæ exteris Principibus a Magiſtratu *Arſenalis*, de quo mox dicturi ſumus, accepto pretio conceduntur, cum nullibi, quam Genuæ, triremes fabricentur aptiores. Sufficit autem hæc claſſis piratis arcendis, ideoque etiam dominio, poſſeſſionique propugnandæ, ex ijs, quæ [1] ſuperiori libro attulimus, cum dominium, & poſſeſſio noſtra iure, iuſtoque titulo nitatur, nec apertus quiſquam hoſtis hæc in controuerſiam adducat. Diſciplina vero, in legibus latis, ac Magiſtratibus inſtitutis circa rem nauticam, conſiſtit. Leges autem plures ſunt in Reip. noſtræ politia, quæ ad maris dominium ſpectant. Nam nedum piratica in mari noſtro [2] interdicta eſt, a Coruo (quod promontorium eſt ad Macræ oſtium) Monæcum vſque, puniunturque præter piratas, [3] etiam ijs quomodolibet ferentes auxilium, ſed cautum eſt etiam, [4] lege lata a minori Concilio, pridie Kal. Martij

1. *Cap. 17.*

2. *Statut. Crimin. Genuen. lib. 2. cap. 28.*

3. *Ibid. c. 29.*

4. *In author. Sereniſſ. Senat. impreſſ. poſt leges nouas.*

Martij anno huius ſeculi ſecundo, *ne cui naues, triremes, aut quoduis vas nauigabile corbitum, ſeu vt dicitur, da gabbia, inconſulto Sereniſſimo Senatu, fabricare liceat, pœna amiſſionis vaſis, & omni alia Sereniſſimo Senatui arbitraria,* cuius eſt veniam dare eiuſmodi nauigia fabricandi, inſtruendique triremes, aut quodcunque aliud nauigij genus ad piraticam, aduerſus hoſtes fidei, faciendam. Legis etiam vim habet, & cõſuetudine receptum eſt, quod antiquitus a Sereniſſima Rep. Magiſtratui Sancti Georgij fuerat [1] conceſſum, ne quis poſſit nauibus, aut imponere, aut ex ijs quidquã exponere, ſeu Genuæ, ſeu in diſtrictu, a Coruo Monæcum vſque, nec in mari, intra XXV. millia paſſuum prope continentem, niſi habita a Publicanis facultate, nec nauarchi in diſtrictu quicquam poſſint exponere alibi, quam Genuæ, ibique conſtituta portoria ſoluere teneantur. Cæterum, libera eſt, & abſque vllo vectigali nauigatio, ſiue armata ſit, ſiue inermis, dummodo a piratica abſtineatur, nec mercatoribus, etiam ſuis hoſtibus, quiſquam inferat moleſtiam: cum alioquin inter armata eorum nauigia, qui inuicem ſunt hoſtes, nobis vero amici, naumachia minime impediatur, dum tamen in portubus Reip. manus non conſerantur. Circa piſcatũ prętereа maritimũ dominium exercetur, & [2] Magiſtratus Patrum Communis locat portus vrbani piſcatum, vetito quocunque alio, conductoribus

1. *In legibus & capit. Caractorũ maris Perill. offic. S. Georg. a Sereniſſ. Repub. antiquitus cõceſſ. ex capp. 42. 46. 152. 154. & 158. ex Tabular. Sereniſſ. Reip.*

2. *Ex capit. Camera Patrum Comm.*

exceptis, in eo expiſcari, a promontorio Phari vſque ad molem, qua fluctus arcentur, & inde intra portum, niſi id linea fiat, qua ſinguli piſces capiuntur. Sunt inſuper in ora Liguſtica loca, in quibus Thynnorum piſcatus exercetur, Mugileſque copioſi capiuntur, cuiuſmodi ſunt Fanum Sanctæ Margaritæ, Camulium, Mons rubeus, Cornilia, Vada Sabbatia, Alaxium, aliaque, quorum piſcatus ab Illuſtriſſimis Procuratoribus Sereniſſimæ Reipublicæ locantur, vt ſolis conductoribus in eis liceat expiſcari. Magiſtratus autem circa maritima plures ſunt, quorum præcipuus eſt, qui Conſeruatorum maris appellatur. Ad hunc ſpectat ea cognoſcere, quæ rem maritimam reſpiciunt, eſtque Iudex appellationum a ſententijs latis ſuper vectigaliũ collectione,[1] ex decreto facto pridie Kal. Iunij ſuperioris ſeculi anno XXX. & anno eiuſdem ſeculi LXIX. per[2] aliud decretum præſcriptus eſt modus electionis horum Patrum, & poſt annos ſex & viginti, IV. Idus Maij, eius Magiſtratus capitula reformata, & in meliorem formam redacta[3] ſunt. Poſtmodum autem huius ſeculi anno ſecundo, XV. Kal. Aprilis[4] renouatus eſt, & plane inſtitutus, decretumque, vt conſtaret ex quinque viris Nobilibus, qui per quinquẽnium in negotijs, ad maritimam ſpectãtibus, haberent authoritatem criminum puniendorũ:[5] ſed poſt triennium, V. nonas Octob. & XIV. Kal. Decẽbris,

1. *Quod extat in d. Tabular.*

2. *Quod extat ibid.*

3. *Ex eod. Tabular.*

4. *Ex eod Tabular. & in addit. ad c. 36 legum nouarum.*

5. *In dd. addit.*

bris,

bris, multa addita ſunt capitulis huius Magiſtratus, ac demũ [1] anno eiuſdem ſeculi ſeptimo, XV. Kal. Aprilis, omnia, quæ illi alias fuerant conceſſa ad tempus, in perpetuum decreta ſunt: & in ſumma, ad ipſius tribunal pertinent nautarum lites, portuum conſeruatio, omniumque rerum maritimarum, nauticarumque diſceptatio. Data etiam fuerat cura (ex [2] decreto facto XII. Kal. Aprilis anno quartidecimi ſeculi XLVII.) extruendi nauale, ſeu vt appellant *Arſenale*: ſed cum extructum non ſufficeret, [3] ſuperioris ſeculi anno vltimo, XI. Kal Nouembris, iterum eidem hoc negotium fuit impoſitum, aſſignatis *XC milibus libris pagarum*, vt appellant, annuis, ad triremium conſtructionem. Atqui cum is Magiſtratus huic muneri obeundo non [4] ſufficeret, huius ſeculi anno ſeptimo, XVI. Kal. Aprilis, peculiaris inſtitutus eſt Magiſtratus *Arſenalis*, vt vocant, qui conſtat ex quinque viris Nobilibus, cum authoritate ſuper cuſtodia triremium, quæ in nauali extiterint, nemorum conſeruatione ad materiam naualem parandam, & viarũ aptatione, cum facultate puniendi delinquentes. Eſt prçter hos alius Magiſtratus, Prouiſorũ triremiũ, cui triremes e nauali deductæ, curæ ſunt, de [5] quo decretũ fuit anno a partu Virginis ſupra milleſimum quingẽteſimum XCIV, octauo Idus Martij, vt eligeretur a Sereniſſimis Collegijs, & minori Concilio, concurrẽtibus ſaltem tribus quin-

1. *Ibid.*

2. *Quod habetur in d. Tabular.*

3. *Ex dd. Tabular. & addit.*

4. *Ex iiſdem.*

5. *Ex dd. addit.*

tis ſuffragiorum partibus, quo viri aptiores eligerentur,[1] eique reſtituta eſt authoritas caſtigandorum criminum, quæ cum antea illi fuiſſet cōceſſa, videbatur per nouas leges fuiſſe ſublata. Præfectus demum Generalis claſſis triremium, maritimus, alius Magiſtratus eſt,[2] quem Nobilem eſſe oportet, ac triginta annos natum, & Magiſtratu aliquo, aut ſaltem Conſiliarij munere feliciter eſſe defunctum, alijſque dotibus, & qualitatibus inſignem.[3] Eligitur autem a Sereniſſimis Collegijs, & minori Concilio eâdem ſuffragiorum frequentia, qua Magiſtratus Prouiſorum triremium,[4] eiuſque authoritas, dum triremes in expeditione verſantur (nam dum vrbis portum tenēt, in Prouiſorum adminiſtratione ſunt) eſt omnimoda, plena, & ampla, etiam in delictis puniendis. Atque his quidem viribus, legibus, & Magiſtratibus, Genuenſes ſui maris poſſeſſionem defendunt, ac tuentur.

1. *Addit. ad d. ſtatut. l. 3. c. 24.*

2. *Leges noua c. 32.*

3. *Addit. ad d. c. 32.*

4. *Ex 4. capit. ann. 1527. ex d. Tabular.*

Confutatio eorum, quæ dominio Genuenſis Reipublicæ in mari Liguſtico videntur obſtare.

CAP. XVI.

LIGVSTICI maris dominium, & poſſeſſionē quam iuſto titulo ſint adepti Genuenſes, quamque ſtrenue, & diligenter claſſibus, & bona diſciplina, ſua in eo iura

ra

ra defenderint, & defendant, tot tantiſque iam teſtimonijs demonſtrauimus, vt nullum dubitationi locum reliquiſſe nobis videamur, quin ij legitimi eius ſint domini, & poſſeſſores. Nihilo tamen ſecius non deſunt, qui contradicendi ſtudio, facto præiudicio quodam, hoc dominium allatrent. Ecquid adeo euidens, aut iuſtum, quod ſuos calumniatores non patiatur, & maleuolorum inuidiæ non ſubiaceat? Antequam igitur portum ingredior, huicque diſceptationi ſupremam manum impono, cum his interceſſoribus opus eſt congredi, eorumque calumnijs reſpondere, ne argumentis cedere in eo mari quiſquam nos putet, vbi Maiores noſtri armis triumphàrunt; Tum demum, purgato etiam a calumniatoribus Liguſtico, portũ ingrediar, anchoram iaciam, & funem alligabo. Aiunt itaque primo, non eſſe Genuenſium totum Liguſticum, cum Dux Allobrogum, & Princeps Monæci, ille in ea ipſius parte, quæ Nicæam, & Portũ Herculis Monæci (qui Villa Franca dicitur) hic in ea, quæ Monæcum alluit, a nauigantibus exigant vectigalia, & portoria, cum noſtros id ſcire, pati, & non contradicere, ſit manifeſtum, quod dominij eſt indicium, vt vel ipſi [1] aſſeruimus. Vt huic calumniæ reſpondeam, non mouebo litem ijs Principibus de iuſtitia tituli illarum exactionum, cum hæc altiorem requirat indaginem, quod aiunt, nec ſit otium de ea diſceptandi. Admit-

1. Lib. 1. huius tract. c. 17

mittam in præſentia (ſaluo Genuenſium iure) iuſto titulo niti eorum Principum exactiones; At nihilominus ſartum, tectumq; remanere noſtræ Reip. in toto Liguſtico dominium, certũ eſt. Duplex [1] namque dominiũ eſt, in genere alterũ, quod ſuperius dicitur; alterum in ſpecie, quod inferius, & ſubalternum appellatur; iuxta quam diſtinctionem eiuſdem rei dominium ad duos poteſt pertinere. [2] Sic flumina Imperatoris ſunt, ſecundum dominium in genere; ſingula autem, ſecundum dominium in ſpecie, ad eas ſpectant ciuitates, per quarum territorium fluunt. Eodem pacto mare Liguſticum, ſecundum illud dominium in genere, Genuenſium eſt, eo titulo, quo ſupra demonſtrauimus; ſecundum autem dominium in ſpecie, pars eius, quæ Nicæam, Villam Francam, & Monæcum alluit, ad modo laudatos Ducem, & Principem ſpectare poteſt: neque hoc dominium in ſpecie ei, quod in genere habet in toto Liguſtico Reſp. Genuenſis, quicquam derogat, vt neque illud, quod habent ciuitates in ſingulis fluminibus, derogat Imperatoris dominio. Ac fortaſſe Maiores noſtri hæc vectigalia nauigantibus imponi ſunt paſſi, vt illi Principes luminibus, alijſque adminiculis, nauigationem iuuarent, cum alioquin mari præpollentes, facillimo negocio id fieri vetare potuiſſent. Neque vllum omnino obtendere poſſunt ij Principes maris dominium; quibus namque claſſibus vnquam

1. Bald. in l. pen. nu. 13. C. de condit. inſert. Bertachin. de gabell. p. 1. q. 6 n. 20. add. ad Capoll. de ſeruitut. ruſtic. præd. c. 26. ad lit. A. Pac. de Domin. Mar. Adriat. mihi pag. 42.

2. Bald. d. n. 13

quam Liguſtico nauigarunt, quibus Genuenſes maritimo dominio deturbare potuiſſent, atque illud ſibi iuſto titulo vindicare? Sane Princeps Monæci nullam vnquam claſſem inſtruxit, qua id efficere potuerit; & Dux Allobrogum, quamuis duas triremes habeat, dominium tamen maris nunquam attigit, & Genuenſium maritimæ potentiæ non eſt conferendus: Et [1] anno huius ſeculi XXV. in bello quod is Reip. noſtræ intulit, prætoriam amiſit, quæ in vrbis portum adducta eſt. Alia quandoque orta eſt etiam controuerſia, de eius Liguſtici parte, quæ Finarienſem alluit ditionem, cũ Hiſpani ad Varigottum, eius ditionis pagum, extruere portum molirentur. Nonnulli etenim, Regem Catholicum iure id facere poſſe præſeferebant, [2] aſſerentes: Marchiones Finarienſes in eo ipſo loco alias portum habuiſſe, [3] ipſiſque in conceſſione, quam *Inueſtituram* appellant, Finarienſis ditionis, facta a Friderico Primo Ænobarbo, anno ſupra milleſimũ centeſimum ſexageſimo ſecundo, mari terraq; tributam fuiſſe iuriſdictionẽ, quam inueſtiturã confirmàrunt Fridericus alter, Carolus Quartus, Maximilianus Primus, Carolus Quintus, Ferdinandus Primus, Rodulphus Secundus, Cæſares; ac demum Matthias etiam Cæſar poſt contractus venditionis, & permutationis inter Philippum Tertium Regem Catholicum, & vltimum Finarienſem Marchionem Sfortiam Andream, rela-

1. Capriat. hiſt. d' Ital. l. 8.

2. D Iuan. Ruiz de Laguna en el diſcurſo del derecho, que tien ſu Mageſtad para fabricar puerto en el Final. c 1. nu. 9.

3. Ibid. c. 3. a n. 1. ad 9.

Digitized by Google

tis, approbatiſque ſupra laudatorum Cæſarum inueſtituris, & priuilegijs, conceſſit ſpeciatim facultatem portum extruendi: Idemque [1] Sfortia Andreas in ijs contractibus, ſe conſentire fatetur, & eſſe contentum, vt Rex Catholicus repararet portum Varigotti, extrueretque ſuis expenſis maritimam ſtationem ad *Fontanellas*, ita dictas, aut ad promontorium, quod vocant *Caprazoppa*, vt alias deſtinauerat Cardinalis Dominicus Carrettus. Præterea cum Rex Catholicus effectus ſit dominus territorij Finarienſis, illum eſſe aiunt etiam dominum alluentis maris, cum iſtud comprehendatur ſub nomine territorij. Hæc, aliaque eiuſmodi argumenta afferebantur ab ijs publicæ quietis inimicis, qui tanquam claſſicum canentes, Regem Catholicum Reip. noſtræ, de Hiſpanica Monarchia optime meritæ, infenſum reddere geſtiebant: illi inquam Reipublicæ, quæ Catholicis Regibus (vt alia omittam innumera, quæ ijs in dies præſtat) Chriſtophorum Columbum, Andream Auriam, Ambroſium Spinulam peperit, quorum primus integrum orbem, huic noſtro æqualem: alter Neapolitanum Regnum, Ducatum Mediolanenſem, & quicquid in Italia Hiſpanis paret, eorum imperio adiecêre: tertius Belgicas prouincias conſeruauit. Cumque apud Rodulphum Secundum Cæſarem, de hoc negotio diſceptaretur, Georgius Auria, Reip. apud Cæſarem Legatus, poſt iura ſuę Reip. allata, profeſſus

1. *Ibid. c. 4. num fin. circa med. in 4. capit. contractus.*

eſt,

eſt, vt ſupra [1] retulimus, eam minime laturam, vt ſuo dominio derogaretur, ſed iuſtis armis ſua iura defenſuram. Sic omnes ſeditioſorũ machinationes concidêre, optimo Rege aures ijs minime vlterius præbẽte; neque de hoc negotio, quod nullum habebat fundamentum, poſtmodum actum eſt. Videamus nihilominus, quanti ponderis ſint argumenta, quæ afferebantur. Quod itaque aiebant primum, Finarienſes Marchiones ad Varigottum portum habuiſſe, veritati repugnat, cum apud ſcriptores omnino nullos de hoc mentio habeatur, nullumque ipſius extet teſtimonium. Non etenim portum, ſed arcem eos [2] Marchiones ad Varigottum habuiſſe narrant hiſtoriæ, quam etiam Simon Buccanigra Dux noſter ſolo æquauit. Cæſares autem, qui Finarienſis ditionis inueſtituram conceſſerunt, cum iuriſdictione mari, terraque, ac facultate fabricandi portum, id facere iure non poterant, cum maris Liguſtici domini non eſſent, quod iuſto titulo Genuenſes, abſque vllo Germanorũ Cæſarum auxilio, ſuo imperio adiecerant, [3] vt demonſtrauimus. Neque forſan omnino veræ ſunt illæ inueſtituræ, cum vtriuſque Friderici (quos tamen pro ſe citant aduerſarij) extent diplomata in contrarium, quibus, [4] vt diximus, totius Liguſtici a Monæco vſque ad portũ Veneris (intra quod ſpatium Finarienſe concluditur) dominium noſtrorũ approbârunt. Sforza autem An-

1. *Hoc lib. c. 14.*

2. *Foliet. Hiſt. Genuen. l. 7.*

3. *Hoc lib. c. 11.*

4. *Ibid. c. 14*

Digitized by Google

dreas facultatem Regi Catholico extruendi portum minime aut concedere, aut vendere poterat, quam nunquam habuerat, qui in Liguſtico ne guttam quidem aquæ poſſederat. Friuolum eſt demum, quod afferunt, dominum territorij eſſe dominum etiam maris, quod territorij nomine comprehendatur; nam verum id eſſe concedimus; vbi mare alterius iam non ſit, aut ab alio poſſideatur, cuiuſmodi erat, atque eſt Liguſticum, quod cum a Genuenſibus obtineatur, in eoque illi[1] eandem habeant iuriſdictionem, quam in Genuæ Ciuitate, alterius iam eſſe non poteſt, niſi eo dominij genere, quod nuper dominium in ſpecie dici docuimus, ideoque nedum portum extruere, ſed nec quidquam in eo moliri, abſque Genuenſium conceſſione, quis poteſt. Atque ita demum[2] Iureconſulti intelligunt dominum territorij, maris cohærentis habere iuriſdictionem, cum illud non fuerit prius ab alio occupatum. Poſtrema eſt eorum calumnia, qui ideo Genuenſes non eſſe Liguſtici dominos dicunt, quod non cogant in eo nauigantes, a ſe petere veniam, nec prohibeant illos, qui inter ſe ſunt hoſtes, in eo manus conſerere. Ad quam facillima reſponſio eſt, quod tametſi Genuenſes, pro ſuo in eo mari dominio, hæc poſſent imperare, ſuo tamen iuri non detrahunt, etiamſi non imperent; cum namque iſta legibus noſtris interdicta non reperiantur, nec in ijs dominium

1. *Hoc lib. cap. 12.*

2. *Bart. in tractat. de Inſul. in verbo, nullius. nu. 1. in fin. Capoll. de ſeruit. ruſtic. præd. c. 26. nu. 11. Pac. de dom. mar. Adriat. mihi pag. 41.*

Digitized by Google

minium maris conſiſtat, libera quibuſuis relinqui poſſunt. Neque minus ſuarum ditionum ſunt domini Colonienſis Archiepiſcopus, Dux Cliuiæ, Leodienſes, alijque, qui in inferiori Germania, in ſuis ditionibus Hiſpanos, Hollandoſq; manus conſerere patiuntur, quam alij, qui vetant in ſuis terris inter eos, qui inuicem ſunt hoſtes, ſibi vero amici, hoſtilia exerceri: Ac ſimiliter Rex Catholicus, qui libere per ſuas prouincias, quoſcunque non hoſtes, iter facere permittit, non minus ſuorum Regnorum eſt dominus, quam Magnus Moſcouiæ Dux, & Sinarum Monarcha, qui exteros abſque venia intra fines ſuorum Imperiorum repertos, caſtigant, puniuntque. Cum namque hæc & ſimilia ad arbitrium dominantium fieri, & omitti poſſint, ſi omittantur, dominio detrahunt nihil, vti ſuperiori [1] libro demonſtratum eſt. Ac tale quidem Imperium, in mari Liguſtico, eo titulo, ijs armis, ea diſciplina, qua narrauimus, Maiores Noſtri quaſi per manus nobis tradidêre, cui nihil officiant calumniæ, quodque integrum, ſartum tectumque poſteris, vt ſpero, Deo dante, tranſmittemus.

1. *Cap.* 16.

Errata	*Corrige*
Pag. 8. in margine nu. 1.	
& 49. verſ. 5.	& 94. verſ. 5.
Ibid. lin. 13. in fin. αἴυπο	αἴυπο.
23 10 cingulum eorum,	cingulum, eorum
53 3 minatur	minantur
81 lin. vlt. & eędem ſunt	& nunquam eędem ſunt
89 1 regno iſtud affert	regno afferet
97 20 ἕκαστος, δ᾽ ἔμμορε	ἕκαστος δ᾽ ἔμμορε
101 7 commune illum,	commune, illum,
105 10 κύριος, ὁ δὲ	κύριος; ὁ δὲ
Ibid. lin. 11. τῆς θαλάσσης. τῶν	τῆς θαλάσσης τῶν
112 24 a ſuo	ſuo
149 12 incultas	inculta
151 11 veteribus minime	veteribus fortaſſe minime
166 1 conſcribentur	conſcriberentur
187 23 CIↃIↃLXXII.	CIↃIↃLXXVI.
207. 14. 15. 16. & 17. prępar.	perpar.
212 in fin. retenta ſibi	retenta
215 12 Gembalum	Cembalum
217 23 vero, &	vero, ſeu Bucchar œdus, &

Cætera, quæ inter imprimendum irrepſerunt menda minoris momenti, beneuoli Lectoris benignitas corriget.

Digitized by Google



ROMÆ

Excudebat Dominicus Marcianus.

CIↃIↃCXLI.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google